

Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

+ *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.

+ *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.

+ *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.

+ *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via `http://books.google.com`



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

469.



Min: Congreg: B: M: V:

Digitized by Google



<36612269220010

<36612269220010

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Asc.
102.
A290.

Digitized by Google

Congreg. Rhen. Mosan.
B. V. M. Ann.

R. P.

MAXIMILIANI

SANDÆI

E Societ. Iesu Doct. Theol.

MARIA PATRONA.

Sive

ORATIONES

Ad Sodales habitæ, de Patrocinio Deiparæ.

C. M. Stud. Iura.

MOGUNTIÆ

Impensis Ioann. Theobaldi Schönwetteri.

1630.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

MARIÆ
PATRONÆ OPT. MAX.

Maximilianus Sandæus.

ERVSTRA sim, DOMINA, si alium, præter Te, adoptem Patronum, libello, quem PATRONAM indigito. Meliorem habere non possum, quam, de qua scribo: magis fauorabilem non cupio, quam cui scribo. TIBI itaque dico, quod scripsi: Tibi consecro, quod dixi. Vna Tu mihi es instar multorum millium, PATRONA OPT. MAX. Quæso Te,

Digitized by Google

clientulo patrocinare. Herbipoli Kalen. Ianuar. Anno Salutis ex Te genitæ 1630.

MARIA
PATRONA ADVOCATA MEDIATRIX.

Titulus hæreticis inuisus.

NE insolens videatur Titulus, quem detestantur Mario-mastyges, & in inuidiam vocare nitūtur Septentrionales sectarii, nomino viros, ab antiquitate, doctrina, pietate, omnique virtute Magnos qui eo sunt vsi superioribus seculis, sine reprehensione.

Differunt Patrona, Aduocata, Mediatrix.

SED sunt-ne idem PATRONA, ADVOCATA, MEDIATRIX? Differunt quadantenus. At paruum est discrimen promiscuus frequenter voca-

Digitized by Google

vocabulorum vsus. Nos dum *Mariam*, siue *Patronam*, siue *Aduocatam*, siue *Mediatricem* vocamus nihil pene diuersum dicimus. Eadem est, ac idem præstat, quæ diuersis elogiis laudatur. *Idem pene nobis significat.*

ADVOCATVS is censetur, qui adest alteri in causa qui alterum præsentia iuuat, ac opem: qui pro illo intercedit, seu aduocationem suscipit. *Aduocatus quis.*

PATRONVS, qui aliquem in periculo defendit: qui periclitanti tutelam præstat: qui præsidio est opem postulanti, aut ea indigenti. Quod est patrocinari. *Patronus.*

Plura congerit Pædianus, cuius sunt ista. Quidefendit aliquē in iudicio, aut *Patronus* dicitur, si *Orator* est: aut *Aduo-* *Grammatici distinguunt. Pædianus. Orator.*

Digitized by Google

catus ſi ius ſuggerit; vel præſentiam ſuam commodat amico,

Procurator. aut *Procurator*, ſi negociũ ſuſcipit: aut *Cognitor*, ſi præſens cauſam nouit: & ſic tuetur, vt ſuã.

Cognitor.

Patronus. *Patronus* ne hoc omittatur, primæua ſignificatione ad libertum refertur: nempe, qui ſeruum libertate donauit.

Libertus.

Valla. Laurentius Valla nobilis Grammaticus, inter *Aduocatum*, & *Patronum* hoc agnoſcit eſſe diſcriminis, quod *Aduocatus* non tantũ ſignificet eũ, qui alterius cauſam agit (quẽ proprie Patronum vocandũ arbitratur) verum etiam, quicumq; adeſt alteri in cauſa, officii gratia. Itaque communiter litterati diſtinguunt *Aduocatum* à *Patrono*: vt hic dicendo reũ defendat: ille, quamuis non oret, ius ſuggerat, vel

Digitized by Google

præsentiam commodet.

MEDIATOR Ecclesiasticum est vocabulum, quod reperitur in Veteri quidem Testamẽto semel: sępius in Nouo. Iudic. 11. 10. *Dominus, qui hæc audit, ipse* Mediator *ac testis est.* Galaticæ 3. 19. *Lex ordinata per Angelos in manu* Mediatoris. Mediator *autem unius non est: Deus autem unus est.* 1. Ad Timotheum 2. 5. *Vnus Deus. Vnus &* Mediator *Dei & hominum, homo Christus Iesus.* Hebr. 8. 6. *Melioris Testamẽti* Mediator est. Hebr. 9. 15. *Noui Testamenti* Mediator *est.* Heb. 12. 24. *Testamenti Noui* Mediatorem.

Mediatoris acceptio in sacra Scriptura.

Græce est μεσίτης. Quam vocem Tertullianus libr. de Resurrectione carnis, *Sequestrem*,

μεσίτης. *Sequester.*

Digitized by Google

Concilia-tor. alit *Conciliatorem* interpretantur. Eius vim explicat S. Augustinus Serm. 13. de verbis Apostoli. Tractatu 41. in Ioan. in Enchiridio ca. 33. & 108. ac Concione 2. in Psalm. 90. sed non vno modo sumitur apud Patres veteres, ac Scholasticos. *Primo* is dicitur *Mediator*, qui duo inter se diuersa in vnum quodammodo colligit, & connectit, ac pene naturali vinculo coniungit. Qua ratione Christum, quoniam in vna diuina Verbi hypostasi duas naturas, diuinam ac humanam admirabili nexu copulauit, Mediatorem Dei hominumq; vocant plurimi Patres Irenæus lib. 3. ca. 20. Basilius lib. 4. contra Eunomium. Epiphan. in Ancorato. Chrysosto-

1. Mediator.

Christus ob hypostaticam vnionem.

Digitized by Google

sostomus homil. 7. in epistolam priorem ad Timotheum: & homilia 16. in epistolam ad Hebræos. Cyrillus li. 12. Thesauri cap. 10. & Dialogo 1. de Trin. ac lib. 9. in Ioan. cap. 33. Item lib. 11. cap. 19. & lib. de recta fide ad Theodosium. Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius commentario in priorem ad Timotheum. Ambrosius ibid. & in Epist. ad Galat. Hilarius lib. 4. & 11. de Trinit. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 2. Augustinus libr. 8. de Genesi ad litteram ca. 14. lib. 1. de consensu Euangelist. cap. vlt. Sermone 40. de Tempore. Homil. de Quibus c. 12. lib. 9. de Ciuit. cap 12. 13. 15. 17. 18. libr. 10. Confess. c. 42. & 43. lib. 4.

Digitized by Google

de Trinit. cap. 10. 12. 13. 15. Virgilius lib. 5. contra Eutychet. Caius Pontifex epistola ad Felicem. Leo P. epistola 11. ad Iulium Coentem epistola 83. ad Palæst. & 97. cap. 3. Gregorius lib. 22. Moral. cap. 13. & in Psal. 50. Bernardus Sermone 1. de Circumcisione. Innocentius III. in Psalmum 5. pœnitentialem: denique Magister cũ Scholasticis in 1. d. 19

II. Mediator. *Secundo:* is appellatur *Mediator*, qui aliqua actione, ea quæ dissita, & dissentanea sunt, inter se connectit. Siue, vt *Arbiter*. Quam rationem conuenire Christo docet Ambrosius in Epistolam ad Romanos, ac ad Timotheum priorem: Augustinus concione 4. in Psal. 103. Bernardus Sermone

Arbiter.

Intermancius.

Digitized by Google

ne 1. de Annunc. siue, vt *Internuncius*. Quo fere modo *Mediator* appellatur Moses: eodemque nomine etiam Angelus, ab Apostolo ad Galatas 3. Quod colligitur ex Dionysio Areopagita, cap. 4. de Nominibus diuinis. Tametsi Moses, & alii quidam, *Mediatores* dicebantur, qua Christum significabant. Quæ Patrum quorundam est sententia. Basilii de Spiritu sancto, cap. 14. Cyrilli lib. 3. in Ioann. cap. 9. lib. 11. c. 19. Dialogo 1. de Trin. lib. 3. & 4. contra Iulian. lib. 12. Thesauri cap. 10. Tertulliani lib. 2. cõtra Marcionem. Porro, eadem ratione prisci Sacerdotes, ac multo magis nostri Mediatores nominari possunt. Quod adfirmãt Na- *Christi figura.*

Digitized by Google

zianzenus in Apolog. & orat. de S. Basilio. Chrysostomus, homilia de verbis Isaiæ, & lib. 6. de sacerdotio: Theophylactus in Ioannis 3. Ambrosius Orat. 1. præparatoria ad Missam: Hieronymus epistola ad Fabiolam; & Malachiæ 2. Anacletus epistola 3. Cœlestinus epistola 1. cap. 11. Gregorius 1. par. Pastor. cap. 11. lib. 1. in Regum 1. cap. 24. lib. 2. c. 2. Huius autem Pontificii muneris intuitu Mediatoris munus Christo iure optimo tribui, præter alios, docent Origenes lib. 3. contra Celsum: Cyrillus libr. de recta fide ad Regin. & Eusebius lib. 4. Demonstrat. Euang. cap. 10.

III. Mediator. Aduocatus.

Tertio: dicuntur *Mediatores* interdum, qui *Aduocati* mune-

re

re funguntur. Quo nomine ait Paulus, ad Rom. 8. Christum interpellare pro nobis: & Ioannes, in sua Canonica c. 2. nomen illi tribuit *Aduocati*.

Quarto dicitur recte *Mediator*, qui pro alio soluit & iuste satisfacit pro peccatorum debitis. Et quidē hoc postremo modo, simulque primo solum Christū esse Mediatorē tam certū est apud Catholicos, vt contrariū iis nec hæresis ipsa audeat adfingere. Verū, præter Christum, alios posse esse, vereq; dici *Internuncios*, *Patronos*, *Aduocatos*, & eodem sensu, *Mediatores*, imprimiq; Dei Genetricem Mariam, licet hæretici obsistant, Orthodoxorū tamen consensus profitetur. Quod aduocatis ab antiqui-

IV. Mediator. Redemptor.

tate

Digitized by Google

tate testimoniis stabilire est facillimum.

MARIA ADVOCATA *Generis humani.*

ECCLESIA Catholica in Cantico *Salue Regina. Eia ergo* ADVOCATA *nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et* IESVM *benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende.*

S. Irenæus lib. 5. contra hæreses cap. 19. *Sicut Eua seducta est, vt effugeret Deum: sic* MARIA *suasa est obedire Deo, vt Virginis Eue Virgo* MARIA *fieret* ADVOCATA.

S. Bernhardus Sermone 1. de Assumptione: ADVOCATAM

Digitized by Google

TAM *præmisit peregrinatio nostra. Quæ, tanquam Iudicis Mater, & Mater misericordiæ supplicitèr, & efficaciter salutis nostræ negocia pertractabit.*

Eundem sensum habet Ecclesia in Oratione secreta, in officio Miss. pernigilii Assumpt. dum ita precatur: *Munera nostra, Domine, apud tuam Clementiam Dei Genetricis commendet Oratio: Quam ideirco de præsenti sæculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud Te fiducialiter intercedat.*

Innuit idipsum Andreas Cretensis Ierosolymitanus Archiepiscopus in Encomio de Dormitione Virg. sic illam cõpellans: *Placa Dominum pro communi figmento. Nã quamdiu quidem versabaris in terris Te habuit*

habuit parua terræ portio: ex quo autem translata es è terra Tu vniuersus mundus continet cõmune Propitiatorium. *O vita suppeditatrix: & vita viuentium & causa vitæ.* Vtitur eodem nomine S. Ephræm Orat. in laudem Virginis, eam salutans: *Vallum fidelium: mundi Salutem:* Propitiatorium *laborantium.*

S. Bernhardus Sermone de Aquæ-ductu. *Ad Patrem verebaris accedere. Solo auditu territus ad folia fugiebas.* IESVM *tibi dedit* Mediatorem. *Quid nõ apud talem Patrem talis Filius obtineat? Exaudietur vtique pro sua reuerentia. Sed forsan in ipso Maiestatem vereare Diuinam. Quia licet factus sit homo: manserit tamen* DEVS: ADVOCATAM *habere vis, & ad ipsum? Ad* MA-

RIAM

RIAM *recurre. Pura siquidem humanitas in Maria: non modo pura ab omni contaminatione: sed & pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim exaudietur & ipsa pro sua reuerentia. Exaudiet utique Matrem Filius: & exaudiet Filium Pater Filioli, hæc peccatorum scala, Hæc mea maxima fiducia est. Hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potest ne Filius, aut repellere, aut sustinere repulsam? Non audire, aut non audiri filius potest? Neutrum plane.* Inuenisti, *ait Angelus,* gratiam apud Deũ. *Feliciter semper hæc inueniet gratiã: & sola est gratia, quæ egemus.*

S. FRANCISCVS, vt scriptũ reliquit D. Bonauentura in vita Seraphici cap. 9. Matrem Domini indicibili complectebatur affectu: in ipsã præcipue

cipue, post Christum, fidens: eam sui ac suorum ADVOCATAM constituit: & in eius honorem à festo SS. Apostolorũ Petri & Pauli, vsq; ad Assumptionẽ deuotissime ieiunabat. Tã boni Patris haud degener filius Bonauentura frequenter illam eodem titulo salutat. In hymno: *Te matrem Dei laudamus, Tu*, inquit, *Agonizatrix pugnantium: ADVOCATA pauperũ: Miseratrix, & Refugium peccatorum. Tu Erogatrix munerum: post Deum sola spes nostra. Tu salus Te inuocantium. Tu Promotrix iustorum: Congregatrix errantium.*

Idẽ in carminibus, quibus exornat Antiphonam Ecclesiasticam, *Salue Regina*, dum vocem, *Aduocata* expendit, sic suauiter cantillat:

Digitized by Google

ADVOCATA *libera coram*
Saluatore,
Postulare propera consuetoque
more:
Et pro gente misera benigno
fauore,
Natum tuum mitiga materno
amore.

In Epistola autem, quam vocat, *Memorialium* vigintiquinque: in qua quædam ad pie viuendum tradit, in hunc modum scribit. *Vt Gloriosam Reginam Domini nostri Matrem benedictam in summo habeas honore. Et, vt in cunctis tuis necessitatibus, tanquam ad refugium tutissimũ te conuertas, illam in tuam assumens* ADVOCATAM, *deuotissime, ac secure tuam ei causam committes, quia Mater est Misericordiæ. Quotidie stude ei*

specia-

Digitized by Google

ſpecialem reuerentiam exhibere. Et, vt tua deuotio ſit ei grata, eius puritatem mente & animo in te ſeruando, toto conatu nitere, humilitate, & manſuetudine eius veſtigia imitari.

Scholaſticum agens Bonauentura, eodē in Mariam affectu, docet, illam eſſe ADVOCATAM generis humani. Atque idcirco, *congruebat*, ait, vt *Virgo nullum haberet peccatū: &, ita vinceret Diabolum, vt nec ei ſuccumberet ad modicum.* In tertium ſent. diſt. 3. par. 1. art. 2. q. 1. S. Antonin. p. 4. t. 15. c. 14. §. 7. vt oſtendat, Deiparā eſſe *Aduocatam* hominum, ſed præcipue, peccatorum, nominat S. Anſelmum, hæc de Aduocatæ illius admiranda efficacia ſcribentem: *Vt impoſſibile eſt,*

Digitized by Google

est, quod illi à quibus Virgo Maria oculos misericordiæ suæ auertit, saluentur; ita necessarium, quod hi, ad quos conuertit oculos suos, pro iis ADVOCANS, *iustificentur, & glorificentur.* *Aduocata efficacia.*

Exemplo id confirmat D. Antoninus, & subiũgit: *Hæc est figurata in illa prudentissima muliere* Thecuite, *quæ ita sapienter* ADVOCAVIT *apud Regẽ Dauid in causa Absolonis vani, superbi, & fratricidæ exulis facti propter tantum scelus à Ierusalem, quod induxit patrẽ Dauid ad misericordiam erga filium & ab exilio reuocandũ. Sic ergo Virgo Maria pro mũdo rebelli ipsi Deo, & occisore fratris sui: id est, animi sui propter quod exul constituitur à superna Ierusalem, ita* ADVOCAT, *& interpellat, vt Deum Patrem placet, & conuer-* *Thecuites. Lib. 3. Reg. 14.*

sum

sum ad pœnitentiam ad gloriam inducat. Vnde

Bernardus: *Securum accessum habes apud Deũ, ô homo! vbi Mater stat ante Filium: Filius ante Patrẽ. Mater ostendit Filio pectus & vbera: Filius ostẽdit Patri latus & vulnera. Ibi ergo nulla poterit esse repulsa, vbi sunt tot amoris insignia. Ad Thronum igitur eius, scilicet Virginẽ Mariam, in qua quieuit accedamus cum fiducia, vt misericordiam, & gratiam consequamur in tempore opportuno.* Hebr. 4.

Iterũ Antoninus capite 19. §. 2. *Sapientia* ADVOCATI, *& eloquentia manifestatur ex tribus. Scilicet, Primo quod obtineat apud iustum, & sapientem iudicem. Secũdo, contra aduersariũ astutum, & sagacem. Tertio, quod in causa desperata: Sed Virgo Maria* AD-VOCATA

Aduocati sapientia.
Eloquentia.

Digitized by Google

VOCATA *nostra obtinuit apud sapientissimum & iustum iudicē Deū contra astutissimum aduersarium Diabolum in causa desperatissima, inter Deum & hominem, in qua nullus hominum, qui eum praecesserant, loqui audebat.*

Antonius Spinellus lib. de Throno c. 30. *In hoc Virgo praecipue aliis* ADVOCATIS *praecellit: quod illi reum criminis cōuictum à supplicio, quod meretur seruare nequeant: At sanctissima Virgo nobis peccatoribus crimina fatentibus, & ad ipsā cōfugientibus veniā impetrat. Itaq; illam nobis* ADVOCATAM *ex omnib. vnā maxime deligamus.* Is. n. ADVOCATVS est deligēdus qui auctoritate apud Principē valeat: sitq; illi grat⁹, ac velit causam rei tueri: Talis est DEIPARA, Summi Iudicis Mater propter suū insigne me-

ritum & propensissimam erga nos volũtatẽ. Præsertim, quia ex sua pietate, quãdo ADVOCATÆ nomine cõpellatur ad opem nobis ferendã maxime commouetur. In quam rem accipe, quod legitur in Reuelationibus B. Gertrudis lib. 4. c. 53.

In festo Natiuitatis B. Virginis, cũ ad Completoriũ cantaretur, *Salue Regina*: & Gertrudis *per verba illa*; Eia ergo ADVOCATA nostra, *benignissimam Matrem in suum auxilium inuocaret, videbatur ipsa Mater inclyta, velut funibus quibusdam validis tracta, inclinari ad eã. Per quod intellexit, quod quoties aliquis, ipsam suam* ADVOCATAM, *cũ deuotione nominando, inuocat, per hoc nomen materna pietas eius in tan-*

Digitized by Google

in tantum commouetur, quod nullatenus se valet cohibere: quin benigne precibus illius acclinetur. In illo verbo (illos tuos misericordes oculos) *Beatiss. Virgo mentum Filii blande tangens, ipsum versus terram inclinauit ad nos; dicens: Isti sunt misericordissimi oculi mei, ad quos omnes Me inuocantes salubriter possum inclinare. Vnde & vberrimum fructum consequuntur salutis æternæ. Hinc à Domino hanc percepit eruditionẽ B. Gertrudis, vt ad minus quotidie Matrem suam Beatissimam per ista duo verba: scilicet;* Eia ergo ADVOCATA nostra: *&;* Illos tuos misericordes oculos, *inuocaret. Certa, quod per hoc in hora sua nouissima, non mediocre solatium obtineret.* Itaque recte Dei Matrem tanquam vni-

Digitized by Google

uersorũ ADVOCATAM obsecramus creberrime, peruetusta illa, & ab Augustino ad nos deriuata oratiuncula.

S. MARIA *succurre miseris, iuua pusillanimos, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.*

MARIA PATRONA.

S. Gregorius Nazianzenus in Tragædia de Christo patiente ita Virginem alloquitur.

Te *tuum erga Filium*
Mihi PATRONAM *sentiam acceptissimam.*

Idiota, Scriptor pius, ac Virginis

Digitized by Google

ginis cultor eximius, qui post octingentesimum Domini annum floruit, in Contemplationibus de Beatiſſ. Virgine, quas Hæretici ex editione Germanica ſuſtulerunt, ſed reſtituerunt Pariſienſes, vtrumq; titulum coniungens, *Ipſa*, inquit, eſt ADVOCATA *noſtra apud Filiũ; ſicut Filius apud Patrem. Imo, apud* Patrem & Filium procurat negocia, & petitiones noſtras. Ceteri Sancti iure quodam PATROCINII pro ſibi ſpecialiter commiſſis plus poſſunt prodeſſe in curia cœleſti, quam pro alienis. Beatiſſima Virgo, ſicut eſt omnium REGINA, ſic & omnium PATRONA, & ADVOCATA. Et cura illi eſt de omnibus.

Digitized by Google

Ob quam causam Quirinus Salazar, Prouerbiorum 8. existimat, verba illa, quæ de Sapientia proferuntur *Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur*, belle accommodari Deiparæ. Siquidem in portis ciuitatis erant iudicia, & publica subsellia. In porta autem cœlestis Ierusalem, vbi Dei iudicantis tribunal constitutum est, ad supremas hominum causas dirimendas ipsa libere loquitur: & ADVOCATÆ, seu PATRONÆ in morem litem nostram tuetur, ac defendit.

MA-

MARIA
MEDIATRIX.

NON quidem ad redimendum, quod vnius Christi Domini munus fuit: vt ostendit S. Thomas Parte tertia, quæstio. 26. articulo 1. sed excellentissima quadam ratione præ aliis sanctis ad intercedendum, ac impetrandum. *Solus Christus Redemptor.*

S. Ephræm Oratione de laudibus DEIPARÆ: *Aue Dei & hominum* MEDIATRIX *optima. Aue totius terrarum orbis Conciliatrix efficacissima.*

In Missa Æthiopum legitur: *O vere* MEDIATRIX *ante Dominum nostrum* IESVM *Christum Te supplices*

Digitized by Google

ces exoramus, vt memor sis nostri.

Sanctus quoque Damascenus, Oratione 1. de Dormitione Virginis, MEDIATRICEM illam fuisse demonstrat.

S. Anselmus Opusculo de Excellentia Virginis cap. 9. *Qua laude digna est, qua tantorum beneficiorum sola præ cunctis effici meruit* MEDIATRIX.

S. Bernardus, Sermone secundo de Aduentu: *Domina nostra* MEDIATRIX *nostra:* ADVOCATA *nostra* Sermone secundo de Assumptione, *Ipsa est* MEDIATRIX *nostra. Ipsa est, per quam suscepimus misericordiam tuam Deus. Ipsa, per quam & Dominum nostrum Iesum Christum in domos nostras excipimus,* Sermone, *Signum magnum*

Digitized by Google

magnum. Age gratias ei, qui talem tibi *Mediatricem*, benignissima miseratione prouidit. Epistola 174. *Mirare gratiæ inuentricem*, MEDIATRICEM *salutis*, *restauratricem seculorum.*

Arnoldus Carnotensis Bernardo coætaneus, tractat de laudibus Virginis, in Bibliotheca Patrum Tom. 6. *Habet homo Mediatorem causa sua. Filium ante Patrem, & ante Filium Matrem. Christus Patri ostendit latus & vulnera, Maria Christo pectus & vbera. Nec potest vllo modo esse repulsa, vbi concurrunt & orant, omni lingua disertius, hæc clementiæ monumenta, & charitatis insignia.*

Albertus Magnus commentariolo super *Missus est*: *Cessat illa omnibus creaturis, Re-*

Digitized by Google

gem gloriæ, quem in se suscepit, per totum mundum communicauit, collocauit: & tanquam familiarissima MEDIATRIX *totum mundum sibi reconciliauit.*

S. Bonauentura in Speculo, capite 8. Maria fidelissima MEDIATRIX salutis, veluti *fidelissima* Columba *inter summum Noe & mundum spirituali diluuio submersum. Eua autem, veluti coruus in diluuio infidelissima* MEDIATRIX *fuit perditionis.* Capite 9. MARIA propter nos bene comparatur Auroræ. *Ipsa nobis est ad Deum* MEDIATRIX: *ad Angelos Pacificatrix: ad Dæmones Defensatrix: ad nos ipsos Illuminatrix:* In hymno:

mno: *Te Matrem Dei laudamus* exclamat: Tu MEDIATRIX: *Dei & hominum Amatrix.*

B. Laurentius Iustinianus Sermone de Annunciatione: *Effecta est Interuentrix mundi: Damonum fuga: peccatorum Spes: Dei, & hominum veriſsima* MEDIATRIX.

D. Antoninus parte quarta, titulo 15. cap. 44. §. 2. adfirmans, Beatam Virginem omnes ad Deum adducere: *Ipſa ſola*, ait, *omnes inferiores reduxit, tanquam* MEDIATRIX *reconciliationis: & Adiutrix redemptionis. Et Angelorum numerum reſtaurauit: & ſubuenit ruinæ ante conſpectum Domini: & hominem lapſum reuocauit ad ſuperos.*

Digitized by Google

Quomodo Christus solus Mediator.

Estigitur MARIA *Mediatrix* sed non vt Christus: qui redemptionem operatus est: qui semetipsum dedit pro nobis: qui iure summo, & ex rigore iustitiæ nostram causam egit, agitque: qui merito, & sacrificio corporis sui interpellat: qui precium dissoluit. Sic & ipse vnicus est ADVOCATVS, vnicus PATRONVS, qui iure summo meritoque ac æterna redemptione humani generis negocia curat. Longe inferiori modo Virgo sanctissima, est *Aduocata, Patrona, Mediatrix.* Quod profitentur sodales Parthenii, oratione, quã singuli, dum in album sodalium admittuntur, recitare antea aram consueuerunt.

Sancta

Digitized by Google

✝

Sancta MARIA, *Mater Dei & Virgo, Ego* N. *Te hodie in* DOMINAM, PATRONAM, *&* ADVOCATAM *eligo: firmiterque statuo, ac propono, me nunquam Te derelicturum: neque contra Te aliquid vnquam dicturum, aut facturum. Neque permissurum, vt à meis subditis aliquid contra tuum honorem vnquam agatur. Obsecro Te igitur, suscipe me in seruum perpetuum. Adsis mihi in actionibus omnibus meis. Nec me deseras in hora mortis. Amen.*

Digitized by Google

APPROBATIO.

OPVSCVLVM, cuius titulus MARIA PATRONA: siue, Orationes, de Patrocinio Deiparæ, ad Sodales in eius festiuitatibus habitæ, à P. *Maximiliano Sandæo*, Societatis IESV Theologo cõscriptum; atque à deputatis ad id Theologis lectum, & approbatum, Ego *Ioannes Copperus*, Societatis IESV in Prouincia Rhenana Superiore Præpositus Prouincialis, concessa mihi potestate ab Admod. R. P. N. *Mutio Vitelleſco* Generali Præposito, vt typis excudatur, potestatem facio.

Herbipoli 7. Aprilis Anno MDCXXIX.

Ioannes Copperus.

IN-

Digitized by Google

INDEX ORATIONVM.

I. PATRONA in Infirmitate.
Salus Infirmorum.
Cum iucunditate Conceptionem B. Mariæ celebremus vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.
II. PATRONA in Perfectionis stadio.
Idea Perfectionis.
Vna est Columba mea. Perfecta mea. Canticorum 6. 7.
III. PATRONA Sodalitatis Parthenicæ.
Vellus Gedeonis.
Descendet sicut pluuia in Vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, Psalmo 71. 6.
IV. PA-

Digitized by Google

IV. PATRONA Viatorum.
Comes Peregrinantium.
Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis Filia Principis. Cantic. 7. 1.
V. PATRONA Indigentium.
Aduocata pauperum.
Spiritus meus super mel dulcis: & Hereditas mea super mel, & fauum. Ecclesiastici 24. 27.
VI. PATRONA communis omnium.
Aduocata Mortalium.
Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus, vt Ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX AVTHORVM, QVI IN HOC OPVSCVlo citantur.

A.

ABulensis.
Alanus.
Alciatus.
Albertus Magnus.
D. Antoninus.
D. Anselmus.
Aristoteles.
Arnoldus.
D. Athanasius.
Auctor Catenæ.
Auentinus.
S. Augustinus.
Aurelianus.

B

BArlandus.
Baronius.
Beda Venerabilis.
Bellarminus.
S. Bernardus.
Bonauentura.
Bonfinius.

C.

CAietanus.
Canisius.
Cassiodorus.
Chrysostomus.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Columella.
Cæsareus.
Cranzius.

D.

S. DAmascenus.
Damianus.
Deltio.
Diogenes.
Dionysius.

E.

S. EPiphanius.
Euchar. Sangius.

F.

FEstus.
Franciscus Suarez.

Bri-

Digitized by Google

Fridericus Fornerus.
Isidorus.
Iustus Lipsius.

G.

GArzias Loysa.
Germanus Cõstantinopolitanus.
Gregorius Magn.
Guilielmus Menes.
Guilielmus Parisiensis.

H.

HErodotus.
S. Hieronymus.
Honorius.
Horatius Tursellinus.
Hugo.

I.

IAnsenius.
Idiota.
Ioannes Baptista.
Ioannes Trithemius.

L.

LAurentius Iustinianus.
Lazeus.
Lonicerus.
Lorinus.
Lucanus.
Lucianus
Ludouicus Sotomaior.
Lucretius.
Lyranus.

M.

MAiolus.
Martinus Cromerus.
Methodius.
Metaphrastes.
Moses Gerundensis.

N.

Nonius.

O.

ORigenes.
Osorius.

Pagni-

Digitized by Google

AVTHORVM.

P.

PAgninus.
PetrusChrysologus.
Plinius.
Plutarchus.
Pontanus.
Primasius.
Proclus.

R.

ROdolphus.
Rupertus.

S.

SErarius.
Sophronius.
Spinellus.

T.

THeophylactus
Theodoretus.
Timotheus.
Titelmannus.
S. Thomas Aquinas.
Trismegistus.

V.

VIncentius Belluacensis.
Virgilius.

LOCA

LOCA SACRÆ SCRIPTVRÆ.

Ex Geneſi.

Gen. 1. 11. *Germinet terra herbam virentem ſecundum genus ſuum.* 48.

Exodi 3. 5. *Solue calceamentum pedum tuorum.* 305

Deuter. 32. 2. *Deſcendat ſicut pluuia doctrina mea, fluat vt roseloquium meum, quaſi imber ſuper terram, & quaſi ſtellæ ſuper gramina.* 172.

22. 5. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea: abominabilis eſt enim apud Deum, qui facit hæc.* 258

33. *Ferrum & æs calceamentum eius.* 315

Iob. 38. 28. *Quis eſt pluuiæ pater, aut quis genuit ſtellas roris.* 172

29. 19. *Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea.* 187

Pſalmor. 17. 34. *Perfecit pedes meos tan-*

Digitized by Google

tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. 289

3. 4. *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* 10

35. 16. *Quoniam apud te est fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen.* 10

26. 1. *Dominus illuminatio mea & salus mea.* 10

102. *Benedic anima mea Dominum.* 369

39. 8. *In capite libri scriptum est de me.* 352

109. 3. *Ex vtero ante Luciferum genui te.* 223

107. 10. *In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ amici facti sunt.* 277. 292

45. *Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.* 382

Proverb. 25. 24. *Sicut nubes roris in die messis ante messem.* 186.

3. 18. *Lignum vitæ est his, qui apprehen-*

Digitized by Google

prehenderint eam. 39

30. 18. *Tria sunt difficilia mihi & quartum penitus ignoro viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentula.* 174

31. 31. *Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum, manum suam misit ad fortia, & digitis suis apprehenderunt fusum.* 388

Canticorum 5. 2. *Caput meum plenum est rore & cincinni mei guttis noctium.* 135

4. 3. *Sicut vitta coccinea labia tua.* 270

7. 1. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis Filia Principis.* 228. *vsque ad* 235. 243. 271

1. 11. *Dum esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum.* 284

2. 4. *Ordinauit in me caritatem.*

Digitized by Google

tem. 239

8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitiis adfluens.* 374

7. 5. *Caput tuum vt Carmelus.* 363

2. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* 241

4. 5. *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* 341

4. 10. *Pulchriora sunt vbera tua niue, fragrantia vnguentis optimis.* 341

1. *Vbera tua sicut botri vineæ & odór oris tui, sicut malorum.* 342

Sapientiæ 18. 14. *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, Omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit, durus nimirum debellator in medio*

Quomodo Christus solus Mediator.

Est igitur MARIA *Mediatrix* sed non vt Christus: qui redemptionem operatus est: qui semetipsum dedit pro nobis: qui iure summo, & ex rigore iustitiæ nostram causam egit, agitque: qui merito, & sacrificio corporis sui interpellat: qui precium dissoluit. Sic & ipse vnicus est ADVOCATVS, vnicus PATRONVS, qui iure summo meritoque ac æterna redemptione humani generis negocia curat. Longe inferiori modo Virgo sanctissima, est *Aduocata, Patrona, Mediatrix*. Quod profitentur sodales Parthenii, oratione, quã singuli, dum in album sodalium admittuntur, recitare ante aram consueuerunt.

Sancta

Digitized by Google

✝

Sancta MARIA, *Mater Dei & Virgo, Ego* N. *Te hodie in* DOMINAM, PATRONAM, *&* ADVOCATAM *eligo: firmiterque statuo, ac propono, me nunquam Te derelicturum: neque contra Te aliquid unquam dicturum, aut facturum. Neque permissurum, ut à meis subditis aliquid contra tuum honorem unquam agatur. Obsecro Te igitur, suscipe me in seruum perpetuum. Adsis mihi in actionibus omnibus meis. Nec me deseras in hora mortis. Amen.*

Digitized by Google

APPROBATIO.

OPVSCVLVM, cuius titulus MARIA PATRONA: siue, Orationes, de Patrocinio Deiparæ, ad Sodales in eius festiuitatibus habitæ, à P. *Maximiliano Sandæo*, Societatis IESV Theologo cõscriptum; atque à deputatis ad id Theologis lectum, & approbatum, Ego *Ioannes Copperus*, Societatis IESV in Prouincia Rhenana Superiore Præpositus Prouincialis, concessa mihi potestate ab Admod. R. P. N. *Mutio Vitelleſco* Generali Præposito, vt typis excudatur, potestatem facio.

Herbipoli 7. Aprilis Anno MDCXXIX.

Ioannes Copperus.

IN-

Digitized by Google

INDEX ORATIONVM.

I. PATRONA in Infirmitate. Salus Infirmorum.
Cum iucunditate Conceptionem B. Mariæ celebremus vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.
II. PATRONA in Perfectionis stadio.
Idea Perfectionis.
Vna est Columba mea. Perfecta mea. Canticorum 6, 7.
III. PATRONA Sodalitatis Parthenicæ.
Vellus Gedeonis.
Descendet sicut pluuia in Vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, Psalmo 71. 6.
IV. PA-

Digitized by Google

IV. PATRONA Viatorum.
Comes Peregrinantium.
Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis Filia Principis. Cantic. 7. 1.
V. PATRONA Indigentium.
Aduocata pauperum.
Spiritus meus super mel dulcis: & Hereditas mea super mel, & fauum. Ecclesiastici 24. 27.
VI. PATRONA communis omnium.
Aduocata Mortalium.
Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus, vt Ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX AVTHORVM, QVI IN HOC OPVSCV-lo citantur.

A.

ABulensis.
Alanus.
Alciatus.
Albertus Magnus.
D. Antoninus.
D. Anselmus.
Aristoteles.
Arnoldus.
D. Athanasius.
Auctor Catenæ.
Auentinus.
S. Augustinus.
Aurelianus.

B

BArlandus.
Baronius.
Beda Venerabilis.
Bellarminus.
S. Bernardus.
Bonauentura.
Bonfinius.

C.

CAietanus.
Canisius.
Cassiodorus.
Chrysostomus.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Columella.
Cæsareus.
Cranzius.

D.

SDAmascenus.
Damianus.
Deltio.
Diogenes.
Dionysius.

E.

SEPiphanius.
Euchar. Sangius.

F.

FEstus.
Franciscus Suarez.

Bri-

Digitized by Google

Fridericus Formerus.
Isidorus.
Iustus Lipsius.

G.

GArzias Loysa.
Germanus Cõstantinopolitanus.
Gregorius Magn.
Guilielmus Menes.
Guilielmus Parisiensis.

H.

HErodotus.
S. Hieronymus.
Honorius.
Horatius Tursellinus.
Hugo.

I.

IAnsenius.
Idiota.
Ioannes Baptista.
Ioannes Trithemius.

L.

LAurentius Iustinianus.
Lazeus.
Lonicerus.
Lorinus.
Lucanus.
Lucianus
Ludouicus Sotomaior.
Lucretius.
Lyranus.

M.

MAiolus.
Martinus Cromerus.
Methodius.
Metaphrastes.
Moses Gerundensis.

N.

Nonius.

O.

ORigenes.
Osorius.

Pagni-

Digitized by Google

AVTHORVM.

P.

PAgninus.
Petrus Chrysologus.
Plinius.
Plutarchus.
Pontanus.
Primasius.
Proclus.

R.

ROdolphus.
Rupertus.

S.

SErarius.
Sophronius.
Spinellus.

T.

THeophylactus
Theodoretus.
Timotheus.
Titelmannus.
S. Thomas Aquinas.
Trismegistus.

V.

VIncentius Belluacensis.
Virgilius.

LOCA.

Digitized by Google

LOCA SACRÆ SCRIPTVRÆ.

Ex Geneſi.

Gen. 1. 11. *Germinet terra herbam virentem ſecundum genus ſuum.* 48.

Exodi 3. 5. *Solue calceamentum pedum tuorum.* 305

Deuter. 32. 2. *Deſcendat ſicut pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper terram, & quaſi ſtella ſuper gramina.* 172.

22. 5. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea: abominabilis eſt enim apud Deum, qui facit hæc.* 258

33. *Ferrum & æs calceamentum eius.* 313

Iob. 38. 28. *Quis eſt pluuiæ pater, aut quis genuit ſtellas roris.* 172

29. 19. *Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea.* 187

Pſalmor. 17. 34. *Perfecit pedes meos tan-*

Digitized by Google

tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. 289
3. 4. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. 10
35. 16. Quoniam apud te est fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen. 10
26. 1. Dominus illuminatio mea & salus mea. 10
102. Benedic anima mea Dominum. 369
39. Ez. In capite libri scriptum est de me. 382
109. 3. Ex vtero ante Luciferum genui te. 223
107. 10. In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ amici facti sunt. 277. 292
45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. 382
Proverb. 25. 24. Sicut nubes roris in die messis ante messem. 186.
3. 18. Lignum vitæ est his, qui apprehen-

Digitized by Google

prehenderint eam. 39

30. 18. *Tria sunt difficilia mihi & quartum penitus ignoro viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentula.* 174

31. 31. *Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum, manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.* 388

Canticorum 5. 2. *Caput meum plenum est rore & concinni mei guttis noctium.* 135

4. 3. *Sicut vitta coccinea labia tua.* 270

7. 1. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis Filia Principis.* 228. *vsque ad* 235. 243. 271

1. 11. *Dum esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum.* 284

2. 4. *Ordinauit in me caritatem.*

Digitized by Google

tem. 239

8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitiis adfluens.* 374

7. 5. *Caput tuum vt Carmelus.* 263

2. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* 241

4. 5. *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* 341

4. 10. *Pulchriora sunt vbera tua niue, fragrantia vnguentis optimis.* 341

1. *Vbera tua sicut botri vineæ & odór oris tui, sicut malorum.* 342

Sapientiæ 18. 14. *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, Omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit, durus nimirum debellator in medio*

medio exterminii tempore exiliuit. 139
7. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. 348
Ecclesiastici 44. 17. In tempore iracundiæ factus est reconciliatio. 21
38. 4. Altissimus de terra creauit medicinam. 48
Isaiæ 18. 4. Sicut nubes roris in die messis. 186
53. 8. Generationem eius quis enarrabit. 173. 278
45. 8. Aperiatur terra & germinet Saluatorem. 49
45. 8. Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum. 185
51. 1. Attendite ad Abraham Patrem vestrum & ad Saram, quæ peperit nos. 58
66. 7. Antequam parturiret peperit: antequam veniret partus eius peperit masculum. 95
9. 6. Et factus est principatus super humerum eius. 96

Digitized by Google

26. 19. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.* 214

Ierem. 31. 22. *Librum nouum creauit Dominus super terram: fœmina circumdabit virum.* 355

Lucæ 3. 16. *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius.* 278

1. 48. *Respexit humilitatem ancillæ suæ.* 278

11. *Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum, cui contradicetur.* 583

1. Ad Corinth. 1. 30. *Factus est nobis Sapientia à Deo & iustitia & sanctificatio & redemptio.* 11

Ad Ephes. 6. 15. *Calceati pedes in præparationem Euangelii pacis.* 312

1. Ioann. 2. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* 9

11. 25. *Ego sum resurrectio & vita.* 15

Digitized by Google

Apocalyp. 12. 1. *Et signum magnum apparuit in cœlo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarum duodecim.* 382

MAXI-

Digitized by Google

Digitized by Google



x EVA fit AVE, plane eſt converſio ſimplex:
Quos EVA occidit, vivere fecit AVE.

Digitized by Google

MAXIMILIANI SANDÆI MARIA PATRONA.

ORATIO PRIMA.

MARIA PATRONA *In Infirmitate.*

Cum incunditate Conceptionem B. Mariæ celebremus, vt Ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Ieſum Chriſtum.

SALVS INFIRMORVM.

Q. P. N.

Dicta in feſto Conceptionis.

SVMMO in honore fuerunt illi ſemper in gente

Digitized by Google

Medici honorati.

qualibet, qui Medicam profeſſi diſciplinam, hominum ſe ſaluti natos, verbis, factiſque probarunt. Quod ſi quis ſupra turbam ſapere videbatur nõnihil, & vel herbulæ, vel radiculæ inuentorem ſe, ſeu adfirmabat vere, ſeu mentiebatur ſubdole: ſicq; morbi grauioris curatorem certum, ſeſe adſerebat, & comprobabat experientia, næ ille in cœlum ferebatur. Exædificabantur eidem templa, dicabantur aræ, incendebantur thura: ſupplices ad eum tendebant manus, portabant ſalutis recuperatæ anathemata.

Medici olim Dii habiti.

DEVS erat, quia *Medicus*, nullo ſexus diſcrimine. Ita ex ſanitate corporis Diuinitas confitabatur, imo fidenter confe-

Digitized by Google

conferebatur. *Apollo*, Æsculapii pater, quia Medicinæ vsum primus attuliſſe dicebatur, in Deorum numerũ fuit relatus. *Iſidem* adſerebant Ægyptii plurium inuentricem ad pellendos morbos medicamentorum. Ideo conſecrata Diuinitati, vt Numen, colebatur. *Hippocrati*, cuius etiãnum eſt illuſtre apud omnes nomen, iidem, qui Herculi decreti ſunt honores, à cuncta Græcia, quod imminentem ab Illyriis peſtem prædixiſſet, eique malo, diſcipulorum opera, auſpiciis Magiſtri medentium occurriſſet. Plures recẽſere non attinet.

Apollo.

Iſis.

Diod. lib. 1. antiq.

Hippocr.

Hercules.

Hoc dico. Siquis alterius morbi certa curatio, vel remediorum inuentio Diuinita-

Omnium morborũ curatori quantum debeatur.

Digitized by Google

nitatem olim tribuebat; quibus illum elogiis, tituliſq; ornaſſet Antiquitas, qui morborum omnium, non corporis minus, quam animorum ſe præbuiſſet, nunquam arte fallente, nunquam irrita ſponſione, Medicū? An aliquid Deo maius finxiſſet ſuperſtitio, vt tanto generis humani Auxiliatori quidpiam ſummo dignum tribuiſſe videretur?

Deipara quare ſumme honoranda.

PORRO, Chriſtiani, quibus certum eſt, humano arbitratu Diuinitatem non conferri, illam non poſſunt non, ſecundum DEVM, omni ſubmiſſionis, & honoris ſignificatione proſequi, quam gentium omnium in vnum coactis ſuffragiis, animaduertunt, à ſanitatis Domino, mortalium morbis,

Digitized by Google

bis, qua corporis, qua animæ curandis præpositam fuisse. Quæ sane non est alia, quam DEIPARA, cuius inter tam multiplices, & honorarios titulos ille splendidius emicat, & ore haud minus, quam corde frequentissime vsurpandus esset: hoc præsertim exulceratissimo, ac infami à bello, fame, morbis, & pestilitate tempore, SALVS INFIRMORVM. Sub quo, mirum, quantum suauitatis, ac præsidii ægritudine detentis deliteſcat.

SIQVIDEM, *Salus Infirmorum*, est febricitantium restitutio, paralyticorum erectio, cæcorum illuminatio, delirantium reductio. *Salus Infirmorum*, est æstuantium refrigeratio, laborantium refocillatio, *Quam multa contineat Salus Infirmorum.*

Digitized by Google

desperatorum fiducia. *Salus infirmorum* est tumentium repressio, hydropicorum exiccatio. *Maria Salus Infirmorum* tutare Franconiam tibi commendatam! ô Maria *Salus infirmorum* ora pro nobis. Sed illud fortasse scire aueat quispiam: cur DEIPARA, *Salus* vocetur, vel *Sanitas*, cum nemo, nisi sanitate corpori inhærente sanus denominari possit. Salutem conferre potest, & interdum confert Medicus: an ipse idcirco *Salus*, quia ad salutem conducit?

Abstracta nominibus quando vtamur.

HABET ea vocula, sic pronunciata, mysterium. Cum enim quempiam adeo perfectum in genere aliquo rerum significare volumus, vt nihil addi posse videatur, & reliquos

Digitized by Google

quos omnes in eodem, exaggerata quadam ratione, superare, non contenti nominib. quæ à Dialectico concreta dicũtur, abstractis vtimur: quasi tantæ perfectionis sit, vt non formam rei participet, sed sit ipsa ille forma. Vulgata sunt illa: Est ipsa verecundia, pudicitia bonitas. Non tam virtutem habere, quam virtus ipsa videtur. Estque idem vsitatissimum in diuinis litteris.

IOANNES Euangelista in epistola sua loquens de Christo, *Ipse*, inquit, *est propitiatio pro peccatis nostris*. Causam dat Psalmista: *Quia apud ipsum est* perfecta *propitiatio*, Psalmo CXXIX. &, *quia propitiatur omnibus iniquitatibus nostris*, Psalmo CII. At quomodo? Vt Deus, &

Nomina abstracta quã vim habeant. Iba. 1. 2. 2.

Ps. 129. 4

Ps. 102. 3

Digitized by Google

vt homo: vt sacrificium & oblatio, in qua est propitiatio. Genesis XXXIII. Denique, vt Paulus Apostolus differit, ad Romanos III. *Quia proposuit eum DEVS, propitiationem per fidem in sanguine ipsius.*

Gen. 33. 10.

Ro. 3. 25. ἱλαστήριον. Propitiatorem.

Eadem loquendi formula rex Dauid Psalmo tertio. *Tu autem*, Domine, *susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Gloria, quia glorioſum facit. *Quia in te gloriabor*, canebat idem Psaltes.

Deus Gloria.

Psal. 26. 1

Eadem phrasi: *Dominus illuminatio mea, & salus mea.* Illuminatio, quoniam erroris, ac mœroris caliginem ipse discutit. Quia vitæ lucernam accendit ac fouet. *Apud ipsum* enim *est fons vitæ, & in lumine eius videtur lumen*, Psal-

Dominus Illuminatio.

mo

mo XXXV. hoc est, ab illo vi- Ps. 35. 10.
tæ auctore, & conseruatore vita hauritur, ac conseruatur *Salus* mea, quoniam ipse Σωτὴρ, ac *Saluator*.

PAVLVS quoque Apostolus, priore ad Corinthios primo cap. *Factus*, inquit, *est nobis*, nempe CHRISTVS, *Sapientia à DEO, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio*. Nimirum, quia vi, ac merito illius omnem sapientiam consequimur: illo operante, vera iustitia, sanctitateque imbuimur: per eum iustificati, & sanctificati certam redemptionem obtinemus: &, quia *dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*. Sic Ecclesiastici XLIV. de Noe legitur: *In tempore iracundiæ factus est reconci-* Christus iustitia. 1. Tim. 2. 3. Eccl. 44. 17.

Digitized by Google

liatio. Quoniam prece ac ſupplicatione Deum reconciliauit.

Deipara ſalus in abſtracto

ITAQVE non ſat viſum Eccleſiæ honorare Virginem, titulo *Mediatricis*, *Salutaris*, *Soſpitæ*, quia hic communis aliis quibuſdam eſſe poſſet; placuit dicere in abſtracto, ipsã *Salutem*, *ſoſpitatem*, *ſanitatem.* Non quod illa ſanitas, à qua Beatiſſima Virgo ſibi inhærente, ſana; & ſalus. Putida eſt hæc conceptio quorundam in religionis negotio delirantium: qui vt probent, peccatorem non iuſtificari per iuſtitiam, ac ſanctitatem infuſam, & animo inhærentem: ſed formalem cauſam in hominũ iuſtificatione eſſe Chriſti Domini iuſtitiam; quæ cõmuni-

municetur quodammodo, & apprehẽdatur per fidem, qua homines credunt sibi remissa esse peccata propter Christum, egregie se philosophari existimãt, dum ita colligunt. Pauli sunt ista exerte pronunciantis: *Qui factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia & redemptio*, in priore ad Corinthios primo cap. cui assonat illud Ieremiæ XXIII. *Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus Iustitia nostra.* Sic enim vertunt ex Hebræo. Igitur nostra Iustitia non est alia, nisi ea, quæ est in Christo nobis imputata.

Christus nostra iustitia.

RIDEAT merito vir doctus inscitiam popularem à nouatoribus inductam, & exsibilet. Cui vel sacræ Theologiæ tirun-

Digitized by Google

tirunculo, ac in diuinarum scripturarum oraculis non omnino caudici, ignotum esse potest: Christum dici hominum iustitiam, nō quod iusti sint ipsi à iustitia, quæ est in Christo, ipsis imputata. (Quis enim dicat, ab extranea forma denominari quidpiam simpliciter tale?) Sed vel, quod sit causa nostræ iustitiæ, vel exemplar. Sic enim Christus dicitur iustitia nostra, quomodo Deus dicitur *fortitudo nostra* psalmo XVII. & *Patientia nostra* psalmo LXX. & *Salus nostra*, psalmo XXVI. quod explicatur psal. XXXVI. cum dicitur *salus autem iustorum à Domino*. Eodem sensu, Christus dicitur *sapientia nostra*, *Redemptio nostra*, *Pax nostra*,

Deus fortitudo nostra. Ps. 7.

Patientia nostra. Ps. 70.

Salus nostra. Psal. 26.

Digitized by Google

nostra. Quoniam nos redemit; iustos, ac sapientes fecit; ac Patri nos cœlesti reconciliauit, pacificans, quæ in terris ac in cœlis sunt. Quod si quis colligat: Christus est sapientia nostra. Ergo nos sapimus sapientia Christo propria ac intrinseca: nõne sibilum mereretur in qualibet recte philosophantium exedra?

AIT Dominus Marthæ: *Ego sum resurrectio & vita* Ioannis XI. Ergon' nos imputata nobis Christi resurrectione à mortuis redibimus? Quam hoc ridiculum? Ille erat resurrectio; quia caussa, tum effectiua, tum exemplaris resurrectionis. Sed, vt bene monẽt Docti, dum inquiebat: *Ego sum*

Christus resurrectio nostra. Ioan. 11. 25.

Vt caussa effectiua. Vt exemplaris.

Digitized by Google

ſum reſurrectio, plus aliquid dicebat, vel ſignificabat, quam ſi dixiſſet, poſſum ſuſcitare. Inſinuabat enim, non ſolum ſe poſſe, ſed neminem alium poſſe, niſi ſe, aut niſi per ſe. Nemo enim poteſt reſurgere, niſi per reſurrectionem, nemo viuere, niſi per vitam.

Maria quomodo Vita, Dulcedo, Spes, Salus.

ITA accinimus Deiparæ: *Salue Regina, Mater miſericordiæ, Vita, Dulcedo, & Spes noſtra. Salus Infirmorum*: quod idem eſt, ac, *Sanitas ægrotantium*. Quoniam ipſa ſanitatem confert corporis ac animæ: primum quidem, deprecatione: nam nihil non à Filio impetrare poteſt: tum gignendo IESVM, nomine ac re animarum *Medicum*, æque, ac corporum, ſine quo nemini ſalus: ac proinde

Impetratione.

Sobole.

inde nec sine eius Matre, cuiquam contigit.

ET profecto merito SALVS *Infirmorum*, honorario titulo, appellatur, quæ quicquid salutis ac sanitatis hactenus ab vllo Medicorum humana arte: quicquid ab vllo cœlitum diuinitus collato auxilio, hominibus transcriptum est, ipsa singulari quodammodo contulit. Clarius. MARIA sola plures in quolibet morborum genere, siue animum spectes, siue corpus, restituit, quam Medicorum celebratissimi olim & nunc, omnes. Grauiores infirmitates curauit sola MARIA, curandique modum ostendit, quam ab orbe condito in medica facultate Doctores vniuersi. Hic

Quomodo sanitatum operatrix Maria.

Digitized by Google

Orbis suffragium pro Maria.

Hic mihi volupe esset in amplissimo orbis theatro, aduocatis disciplinarum omnium professoribus, iisque litis huiusce constitutis diribitoribus, disceptare è cuiuslibet gentis historia, memoria, traditione; habeant-ne aliquem, cui post DEVM, plurium sanitatum, liceat ita loqui, curationes possint adscribere? illud autem tuerer, sponsione facta ac bonorum omnium posito pignore: non reperiri in vllo populo, cui tantum ægri, saniq; ob ægritudinem pulsam, sanitatem vero restitutam ac conseruatam debeant, quam Mariæ. Excutiamus historiam, instituatur comparatio. Adsis *Maria, Infirmorum Salus*, & clientulum tuum

Digitized by Google

tuum Marianæ medicinæ vim deprædicantem subleua.

ÆGYPTII, gens antiqua, proferunt *Isidem*, quam ferunt plurium fuisse inuentricem ad morbos expellendos medicamentorum: & Arti medicæ cõtulisse plurimum: eam idcirco immortalitate potitam, gaudere hominum cultu; inque eorum valetudine, curanda potissimum versari. Addunt in somnis opitulatam palam iis, quos censebat dignos. De ea multa fabulatur Diodorus, portentosa æque ac falsa. Et quod in somnis non recte valentium morbis auxilia præbuerit: &, quod eius monitis obtemperantes, præter opinionem, curati fuerint, licet à Medicis

Isis AEgyptiarum sospita.

Diod. Sic. lib. I. cap. 2.

Digitized by Google

cis pro desperatis haberentur: &, quod visu, aut alia qualibet parte debiles, in pristinam valetudinem restituerit. Ab ea tandem, medelam ad immortalitatem assequendã esse inuentam. Illam fuisse, quæ Orum filium à Titanis per insidias interfectum, in lucem reuocarit, ac fecerit immortalem.

Maria supra Isidem felix curatrix.

SINT hæc ita, quæ tamen à fictis nihil distare certum habeo: quid hæc ipsa enormi mendacio immensum aucta ad Mariana in morbis curandis miracula? quibus non vnus, vel alter, sed innumeri pene vitæ sunt restituti, idque certa, ac testatissima annalium, & scriptorum fidelissimorum fide? Legatur ex Italis,

lis, *Horatius Turſellinus* in hiſtoria Lauretana. è Gallis, *Vincentius Beluacenſis* in ſpeculo hiſtoriali. è Belgis, *Iuſtus Lipſius* in Diua Hallenſi, & Sichemenſi. è Germanis, *Ioannes Trithemius* in opuſculo de B. Virgine in Vrticeto diœceſis Herbipolenſis. *Eucharius Sangius* de B. Virgine Dettelbacenſi. *Fridericus Fornerus* de B. Virgine Vicerenſi. è Polonis, *Martinus Cromerus* de B. Virgine Ceſtochouienſi. ex Hiſpanis, *Alfonſus Villegas*, de B. Virgine in monte Serrato, & Guadulapana. *Garzias Loyſa*, de Toletana. Ex Hungaris, *Bonfinius* de B. Virgine apud Albam-regiam. Ex Luſitanis, *Oſorius* de B. Virgine Olyſipponenſi, & Eborenſi. Ex Hibernis,

Digitized by Google

bernis, auctor vitæ S. Laurentii de Dublinensi. Ex Anglis, Scriptor de Deipara in V Vallia. E Saxonibus, *Cranzius* de Deipara Hildelheimensi. E Bauaris, *Auentinus* Annalium Boicorum libr. IV. Itaque locetur DEIPARÆ statua, & inscribatur:

Surs Thom. 7. c 22. Sur. 14. Nou. Cran. in Saxo. lib. 2. c. 16.

MARIA
SALVS INFIRMORVM
Ob infirmitatem quãlibet in omni natione, quæ sub cœlo est, feliciter curatam.

EAdem medica nostra, supra fictitiam Isidem felix, immortalitatis pharmacum sola in orbem inuexit. *Nauis insti-*

Digitized by Google

institoris de longe portans Panem Eucharisticum, quem, qui manducat, viuet in æternum. Erigatur idcirco DIVÆ nostræ Pyramis, sit epigraphe:

MARIA
SALVS INFIRMORVM
Ob immortalitatis antidotum orbi liberaliter propinatum.

PODALIRIVM laudant Græci in suis extollendis semper prodigi, quem, vt Medicæ artis peritissimum ad Troiam duxerunt, solatio futurũ exercitui. Addatur huic Comes *Pæon* Deorũ Medicus. Miseri Dii, quibus adsanitatẽ opus fuit Medico. Accedat

Podalirius.

Pæon.

Æsculapius. dat *AEsculapius*, qui mortuum Hippolytum fingitur ad vitam reuocasse: & Androgeum Minois filium, ab Athenienſibus interfectum. Sed morbus aliquis erit, ad quem illorum non pertinget virtus. Semper vere occinet illorum Vates:

Ouid. lib. 1. de pon. 4.

Adferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas.
Sanabit nulla vulnera cordis ope:

Nullius autem morbi, quamuis immedicabilis dicatur, tanta eſt malignitas, nullius contumacia tanta, quem SALVS INFIRMORVM non diſpulerit facillime ad huius

Si Medica dubius confugit aeger opem.

Exempla infinita ſunt. aliquot, quæ maiorem habent admirabilitatem, & relatu

ſunt

Digitized by Google

sunt iucundiora, enarrare erat animus. At copia dum me inopem facit, hæreo, & mente velocissime percursis, quæ vno die lingua vulgari non possent, Obeliscum statuo. MAGNÆ MATRI, & inscalpo Lemma.

MARIA
SALVS INFIRMORVM
Ob morbos arte humana immedicabiles facile persanatas.

TVm exclamo: Quid hæc ad confictas *Podalirii, Æsculapii, Pæonis* morborum curationes? Nominentur alii ex eodem ordine. *Chiron*, Saturni filius, ex Phillyra, naturas *Chiron.*

Digitized by Google

herbarum primus inuenisse, & Phœnici Amyntoris filio oculis capto visum restituisse scribitur. Quam vere non disputo. Sed certus sum, quod *neque herba, neque malagma* sanet omnes, nec visum in organo extinctum reaccendat: at *Tuus* Domine, *sermo, qui sanat omnia; & illuminat omnem hominem.* Quem vtero *Maria* nouem mensibus continuit, tandemq; ad orbis totius salutem, & cæcorum Ipsa *Infirmorum Salus*, & Illuminatrix effudit. Luminis deperditi in oculis reuocationem ab illa factam quoties narrari audistis? non esset tamen iniucundum nonnulla in hoc genere magis illustria ad memoriam reducere, si tacere plane, quã

Oculis capto visum restituit.

pauca

pauca in hoc genere in medium adducere, non esset laudabilius. Itaque sileo: sed facere non possum, quin cippum ex ædificem honori Virginis, & incidam elogium:

MARIA
SALVS INFIRMORVM
Ob excitatem ab humano genere mirabiliter depulsam.

AD alia propero. *Acron Agrigentinus* in honore fuit, quod pestilentia Athenas occupante, affectorum plerisque opem attulerit salutarem, accensis in proximo ignibus. Sed ignem non accendit *Acron* tam vastum, vt

Acron Agrig.

Pestem profligat.

Digitized by Google

vniuersum à contagiosa lue liberare posset, & quicquid vbique pestiferum absumeret. *Deus noster*, quem Deipara peperit, *Ignis consumens est*, quo nihil est præsentius ad pestilitatem omnem subito abigendam. Quo nomine hoc potissimum tempore ad Misericordiæ Matrem confugiendum esset, vt & luem vbique fere grassantem ab hac vrbe arceret; & vt in hac ipsa alicubi latitantem, & occulte, insidiantis more, adrepentem reprimeret, penitusque abigeret. Si enim in vllo morborum genere profligando, in hoc certe frequentissime eius virtus enituit. Enarraremus ex myriade exemplorum paucula, vt neminem lateret, cuius

ius præsidio patria, vt à fame & bello, sic à peste tuta esse possit. Sed multitudine obruimur: nostram fatemur infantiam, qui multa paucis complecti non possumus, oceanum cocleari in scrobem bipalmarem infundere haud valemus. Tabulam tantummodo Aræ Marianæ appendimus, signatam encomio:

MARIA
SALVS INFIRMORVM
Ob pestilitatem, feram, trucem, & sonticam in Imperio Christiano sæpissime iugulatam.

ALio titulo *Menecratis* memoriam celebrabant Syracusii *Menecrates.*

racusii, quod nullam ab his mercedem acciperet, quibus medebatur: curabat autem imprimis feliciter morbum sacrum, hac lege, vt liberati se seruos ipsius faterentur: eumque Iouem appellarent. Sed miser, se, vt alios, minime curabat, tam procul à sanitate, quam à sui cognitione. Quapropter, cum Agesilao Spartæ Regi scripsisset in hunc modum, *Menecrates Iupiter Agesilao Regi salutem*; Rex prudenter rescripsit: *Agesilaus Menecrati sanitatem*. Sanissima semper fuit, quæ alios sanare est solita SALVS INFIRMORVM, quæ non vnum tantum morbum sacrum: sed quotquot sunt, notos, ignotosque curat feliciſſime, nec aliud

Plutar. apoph. vel lib. 6. c. 39.

exigit

exigit ſoſtrum, quàm vt ſanati, ſe Dei ſeruulos cõteſtentur, de ſui exiſtimatione ac gloria neutiquam ſolicita. Hic exemplis iterum agendum eſſet, vt Morborum à Medicis ignotorum curatricem celebraremus. Sed quando tandem eſſet finis, quem nullum habent miracula Mariana? Aliqua tamen, ex infinito numero, tanquam millilia, iacerem, niſi & hic initium, quod ab infinito abeſt, multitudo occuleret. Ergo Iconem eſſormo PATRONÆ noſtræ, ingenioſi pictoris penicillo, adiuncta cauſſa:

Digitized by Google

MARIA
SALVS INFIRMORVM
Ob morbos Medicis incognitos, ac diuturnos, pũctulo temporis dissipatos.

AD instituram collationem DEIPARÆ cum Medicorum summis regredior. At profecto piget plures nominatim exprimere. Vno sum pronuntiato Victor. Aio igitur: Non magis arduum esse SALVTI INFIRMORVM, vitam mortuis, quam sanitatem ægris conferre. Quæ laus nulli Medicorum hactenus ab vlla gẽte, quamuis ambitiose, ac mendaciter suos celebrante, est transcripta.

Digitized by Google

pta. Fruſtra ſim, ſi effatum illud allatis exemplis, quæ numero aliquo certo comprehendi non poſſunt, ſtabilire aggrediar. Legantur noua antiqua VIRGINIS miracula in quouis regno ac prouincia ab eius admiratoribus diligenter adnotata, & litterarum monumentis conſignata. Quid in iis frequentius, quam morbidos reualeſcere, cœcos reluminari, claudos ambulare, leproſos mũdari, mortuos reſurgere? Ergo tandem columnam extruo ad cultum DOMINÆ, Traianaſublimiorem, & appingo:

Digitized by Google

MARIA
SALVS INFIRMORVM
Ob Mortem, terribilium terribiliſſimam beſtiam calcaneo penitus contritam: Mortuos redanimatos.

Orbis consensus.

ET agnoscere se beneficii oſtēdit humanum genus, cum vix vlla ſit natio. Quid? vix oppidum, certe non vrbs, aut ciuitas paullo maior; quæ non SOSPITÆ huic DIVÆ in memoriam, gratitudinis teſtandæ cauſſa, ædem conſtituerit, ad quam tanquam ſanitatum officinam, & aſylum miſerorum, in morborum periculis confugiat.

PLACET

Digitized by Google

PLACET ne mecum hodie peregrinationem instituere, & sine equorum ac rhedarum apparatu, sine impedimentis, quæ iter morentur diutius, volitare considerationis alis, in Italiam, visitare Romam, transire Neapolim, transfretare in Siciliam, proficisci Melitam, nauigare in Hispaniam, traiicere in Lusitaniam: inde cursum dirigere in Hiberniam, Angliam, Scotiam, Norwegiam, Daniam, Suuetiam: regredi in Belgicam, Hollandiam, Flandriam, Frisiam; ex hac in Saxoniam, VVestphaliam, Thuringiam: excurrere in Silesiam, Morauiam, Stiriã, Croatiam, Dalmatiam, Istriam: inuisere Hũgariam, Bohemiam, Bauariã,

peregrinatio

Digitized by Google

Sueuiam: & antequam regrediamur in Franconiam, saltuatim peruagari Galliam: & ex ea concitatissimo cursu ferri per montes & valles, ac inhospita saxa, ipsamque Oceani immensitatem, in Indiam vtramque Orientalem & Occidentalem ad Sinas quoque: & siquid est vlterius: inde immensis itinerum amfractibus per Tartaros & Scythas, quicquid supereſt, in Europa, Asia, Africa curiose perlustrare, & vel frontes templorũ, quæ DEIPARÆ VI SALVTI INFIRMORVM sunt inscripta inspicere. Placetne? vt vos non fatigẽ: manete, locis quisque suis quiete, & excipite Indiculum, quem ego in tali peregrinatione confeci, &

Digitized by Google

ci, & gentium omnium in Deiparam, vt sanitatis Patronam, obstupescite gratitudinem.

In vrbe plurimæ templa B.V.

Sed in sola vrbe, orbis capite, & arce religionis Roma, sunt tam multa, quæ Syllabus continet, vt enumerantem haud magis, quam audientem fatigarent, si recitarentur. Itaque exprimendis supersedeo. Cogitare me adnumerata dedisse, quæ numerum superant.

Templorum B.V. origo.

QVAMVIS autem omnibus istis, & aliis quamplurimis basilicis, quarum notitia ad nos non peruenit, inscriptum nõ sit Lemma, SALVS INFIRMORVM: tamen si singulatim excutiantur origines, causam pene omnium certe piera-

Digitized by Google

plerarumque reperiemus fuisse, aut Vitam à morte per Sospitatricem Virginem reuocatam: aut sanitatem quibusdam restitutam, quibusdam conseruatam. Quod facillimum semper fuit illi, quæ est *Vena Vitæ* constanter scaturrens: cuius labro inscripsit pius Poeta:

Maria Vena vita.

Plaga, sitis, morbi, procul hinc exeste, scaturit
Plena saporatis Vena salutis aquis.

O scaturiat, opto, in nos torrētis instar, limpidissimas sanitatis corporeæ, ac spiritualis vndas, quas si patenti sinu recipiamus, refocillabimur, mundabimur, curabimur, imo mortui reuiuiscemus, quoniam *Vena vitæ* viua est, & viuifica vitam tribuit.

Xriber: Maria!

Quo

Qvo ſpectat celeberrimus ille Virginis Deiparæ titulus *Lignum vitæ*. *Lignum-vitæ eſt his, qui apprehenderint eam*, inquit Sapiens Prouerbiorum 3. Quod licet de Chriſto Domino accipiant Hugo, *a* Beda *b*, Hieronymus *aa*, Gregorius *c*, Clemens Alexandrinus *d*. De cruce autem Primaſius *e*. De ſacra-ſcriptura Hieronymus alibi *f*. De ſapientia ſeu honeſtate morum ac virtute Auguſtinus *g* Ianſenius *h*, Rodolphus *h*, Lyranus *h*, Caietanus *h*: tamen Virginis amatores, Patronæ noſtrę accommodant. Quemadmodum enim *Lignum-vitæ*, ſiue, vt Hebraice legitur, *vitarum*, fuit in medio Paradiſi, & vim efficaciſſimam habuit, ſiue propa-

Salus Infirmorũ, & tutare Franconiam tibi commendatam.

Lignum vitæ. Prou. 3. 18.

a, b, in Prou. aa cap. 65. Iſa. c Lib. 12. Mor. c 4. d L. 5. Stromat. e Apocalyp. f cap. 47. Ezech. g Lib. 1. contra aduerſar. leg. c. 13. h in Prouerb.

Digitized by Google

siue propagandi vitam in perpetuum ei, qui vel semel ex ea degustasset: vt existimauit Augustinus *a*, Chrysostomus *b*, Abulensis *c*: siue ad resarciendas ætatis, seniique iacturas, vt tradidit Thomas Aquinas *d*. Haud sequus *Virgo Maria* in medio Ecclesiæ habet facultatem non conseruandi solum vitam eiusque incolumitatem ab omnibus quæ ipsam possent exterius, interiusve lædere: verum etiam ad eandem perpetuandam. Nonne *Ligni* huius fructus nō modo viuentibus vitam in æternum conseruat: sed & mortuos ad vitam reuocat? Verissima est veritatis gnome: *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit viuet:* &, *Qui manducat me, ipse*

a Lib. 3. de ciuit. cap. 20.
b Hō. 18. in Genes.
c in cap. 2. Genes. Q. 175.
d P. P. Q. 93. art. 4.

ipse vivet propter me. Hoc *lignum*, eiusq; fructus non tantum deperditam sanitatem, seu corporis, seu animæ restituit, verum multiplicato fœnore, meliorẽ multo quã vnquam fuerit, donatam roborat, donec ad immortalitatem perducat.

AN-nõ vere SALVS INFIRMORVM! Quã si propius accuratiusq; intuearis, deprehendes, quicquid in ea delitescit, aut in oculos incurrit salutem Infirmorum repræsentare, vel innuere. De quo nemo dubitare potest qui vel nomen solum medicinale esse perpenderit. Nomen Deiparæ est oleum effusum, fluens, ac penetrans suauiter, celeriter, vtiliter per omnia in-

Nomen Mariæ medicin.

firmorum

Maria Oleum. firmorũ membra. Oleum est nomen MARIA, quod vngit, mollit, sanat. Quamuis est aliud in MARIÆ nomine, quod ad salutẽ infirmorũ referri potest. Non ignorãt docti, quid de nominis Mariæ originatione ac significato scribat S. Hieronymus: qui libro de nomimbus Hebraicis ita habet: *Maria illuminatrix, aut Smyrna maris, aut stella maris* recte dicitur. Quid est Smyrna maris? idem quod nobis vsitato vocabulo myrrha. Est nobis *Myrrha* medicinalis Mariæ nomen. Quod ceu *Myrrha* probatissima carnis putredinem arcet, & corporis animæque incorruptionem inducit.

Maria Smyrna maris.

Oleum medicinale. AN hoc testari voluit DEVS illu-

illustri miraculo prope Damascum, vbi Deiparæ sacra imago oleo ex ea manante non tantum Christianis, sed & Saracenis, ac Iudæis sanitatem conferre erat solita? cuius testis locuples est Arnoldus Abbas Lubecensis, qui se vidisse prodigium refert, cum per Palæstinam peregrinaretur. Quod annalibus suis inferendum iudicauit Cæsar Baronius Tomo x. ad annum Domini 870. *A Damasco*, inquit Arnoldus, *ad tria millia est locus quidam in montibus situs, qui Saidanei da vocatur, & à Christianis inhabitatur. Et est ibi ecclesia in rure sita, & in honorem gloriosæ Virginis dedicata. In hac moniales Virgines duodecim, & monachi octo assidue*

nale ex Deiparæ imagine.

Arnold. Lubecensis.

C. Baron. Tom. 10.

Digitized by Google

due DEO seruiunt, & B. Virgini.

PORRO in ea ecclesia vidi tabulam ligneam ad mensuram vnius longam vlnæ, & latam ad modum dimidiæ retro altare in muro sanctuarii in fenestra positam, & ferro laqueariter cancellatim firmatam. In qua tabula effigies B. Mariæ Virginis aliquando depicta fuit. Sed nunc, quod dictu mirabile est, pictura super lignum, est incarnata, & oleum odoriferum super odorem balsami incessanter ex ea manat. De quo oleo multi Christiani, Saraceni, & Iudæi de diuersis languoribus sæpe liberantur. Et, Nota: quod oleum illud nunquam imminuitur, quãtumcunque inde accipiatur. Nec prædicta tabula à quoquam tangi audetur. Videri autem omnibus

homini-

Digitized by Google

hominibus conceditur. Oleum vero illud à Christiano religiosè conseruatur, augmentatur, & cum pro quocumque cum deuotione ac fide sincera sumptum fuerit pro honore S. Virginis, commissisq; solennitatibus indubitanter impetrabitur.

AD hunc locum in Assumptione, & die gloriosæ Natiuitatis suæ omnes Saraceni illius prouinciæ vna cum Christianis causſa orandi confluunt, & Saraceni ceremonialia illic ſua offerunt cum maxima deuotione. Addit alia Arnoldus quæ fidem rei ſtabiliant, annumque ſignat ab Incarnatione Verbi octingenteſimũ ſeptuageſimũ. Quam præclara hæc ad Virginis illũ titulũ, SALVS INFIRMORVM confirmandum? Quẽ agnoſcunt,

Saraceni B.V. patrocinium petunt.

Anno 870.

ſcunt, ac deprædicant, quicumque in laudes effuſi Deiparæ, eam vel *Meditam* appellant, vel Medicinę parentem, vel, quod hæc omnia cõplectitur, Medicinã, tandemq; FONTEM CVRATIONVM.

Damaſc. orat. 2. Eleganter Damaſcenus oratione de Dormitione B. Mariæ: *Vbi abyſſus gratiæ?* Vbi PELAGVS CVRATIONVM? Ibidẽ inducẽs loquentẽ Virginẽ hanc illi orationem adfingit. *Ego euaſi Medicinæ officina ægrotantibus, Ego fons perennis curationum. Ego remedium aduerſus Dæmones. Ego ciuitas refugii omnibus ad me confugientibus?* Addit monitum & orationem ſuggerit quæ ſuppliciter opem poſcamus: *Clamemus,* inquit, *cum Gabriele, qui primum*

locum

Digitized by Google

locum obtinet inter Angelos. Aue gratia plena, Dominus tecum; *Aue gaudii pelagus inexhaustum. Aue vnicum moleſtiarum leuamen. Aue omnium cordis dolorum* MEDICAMENTVM!

ADDIT Bernardus: *Sit pietatis tuæ, ipſam, quam apud Deum gratiam inueniſti notam facere mundo, reis veniã,* MEDELAM *ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, periclitantibus adiutorium, & liberationem ſanctis tuis precibus obtinendo.* S. Bernard ſer. 4. de Aſſumpt.

ADIVNGAMVS cum Auguſtino: *Admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis & reporta nobis* ANTIDOTVM *reconciliationis.* Speremus bene. Nam *Deipara*, vt inquit Bernardus, *omnibus miſericordiæ ſinum aperit, vt de plenitudine eius* S. Aug. Ser. 18. de Sanctis. S. Bern. ſerm. ſi. gnum mag.

accipi-

Digitized by Google

accipiant vniuersi: captiuus redemptionem: Æger curationē: *tristis consolationem: peccator veniam: iustus gratiam.*

Efficacia Medicinæ B. V. Cæsari. lib. 7. cap. 45.

MEDICINA autem B. Virginis, vt dixerit Cæsarius nihil est efficacius, nihil salubrius. Nec mirum. Ipsa Medicū genuit, ipsa Medicinā generis humani ex se produxit: Vnde scriptum est: *Germinet terra herbam virentem, secundum genus suum:* id est, MARIA CHRISTVM hominē, qui animatum corpus sumens de virgine nasci dignatus est. Et in Ecclesiastico: *Altissimus de terra creauit Medicinam*: id est, ex carne Virginis Mariæ Saluatorem.

Genes. 1.

Eccles. 38.

IESVS interpretatur Saluator, siue salutare, quia Saluator,

Digitized by Google

tor, Medicus, & salutare Medicina est, quod MARIA terra sit testis est Isaias, qui dicit: *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem* Isa. 45. Isa. 43. Quod de hac terra creatus sit idem Propheta dicit in persona Patris: *Ego Dominus creaui illum*: Et Apostolus dicit eum factum ex muliere. Gal. 3. Quid ergo mirum si apud Ipsam sunt medicamenta sanitatum, quæ Hortus est aromatum? Considera Rupem amoris & alia loca in honorem ipsius dicata, & non miraberis si parata fuerit ad medendum, & efficax ad sanandum. Certe in monte Pessulano, vbi Fons est artis physicæ tantas B. Virgo operatur sanitates in quadam sua Ecclesia, vt Medici gratiæ inui-

Hortus aromatum. Cant. 6.

C dentes

dentes pauperculis infirmãtibus, & pro remedio ſanitatum ad ſe confluentibus, dicere ſoleant: Ite ad eccleſiam S. Mariæ, ferte ei lumen, & recipietis ſanitatem. Cum autem id Ironice dicant, pauperes ab iis paſſi repulſam ad ipſam confugiunt, & ſanantur. Nunquid nõ vides, quam celerem ſanitatẽ conſequantur febricitantes ieiunium trium ſabbatorum vſque poſt ſolis occaſum ipſi B. Virgini vouentes? Ita Cæſarius, quibus titulus SALVS INFIRMORVM confirmatur.

Gratia Curationum B.V.

QVÈM ante mortem quoque DEIPARÆ fuiſſe propriũ fateantur oportet illi, qui GRATIAM CVRATIONVM illi attribuunt eo et am tempore,

pore, quo inter mortales egit. Quod sentit Albertus M. in Mariali, & D. Antoninus parte 4. titulo 15. cap. 19. & Rupertus libr. 3. in Cantica. fidē facit è iunioribus Scholasticis Franciscus Suarez ad Partem 3. S. Thomę 2. Disput. 21. sect. 3. vbi hoc statuit pronunciatum: verisimile esse B. Virginem multa miracula perpetrasse dum in viuis esset post Christi resurrectionem & ascensionem: vel, præbuisse multis sanitatem. Quamuis enim ad eam non pertineret publice concionari, vel persuadere fidem: tamen ad magnum Ecclesiæ bonū, & perfectionem pertinebat, quod agnosceretur, & coleretur, vt DEI mater. Atque id totum

Digitized by Google

in Christi Domini manifestationem redundabat, & fidem in ipsum confirmabat. Potuit igitur iam tunc appellari, & fortasse ita à popularibus suis salutabatur, ac inuocabatur,

SALVS INFIRMORVM.

Virgini concepta omnes tituli conueniunt.

AT, quæ, DEVS bone! connexio, dicet quispiam argutior. Tituli huius medicinalis, cum conceptione, cuius hodie solennitatem peragimus? Respondere possem: omnium titulorum, qui longa serie in litania, siue Lauretana, siue alia qualibet probata recensentur, elogia ad hodiernam spectare festiuitatem. Hodie enim gaudemus, & gratulamur Ecclesiæ triumphanti, quod concepta sit Regina Angelorum: Ecclesiæ militan-

Digitized by Google

militãti, quod cõcepta Mater Christi, Saluatoris, & Imperatoris omnium: Insipientibus; quia concepta *Virgo Prudentissima*: iniuriam patientibus, quia *Speculum Iustitiæ*: ignorantibus, quia *Sedes Sapientiæ*: obsessis, à Dęmone, carne, mundo, quia *Turris Dauidica*: auersis à diuina amicitia, quia *Fœderis arca*: hærentibus in tenebris, quia *Stella matutina*: ærumnosis, quia *Consolatrix afflictorum*: criminosis, quia *Refugium peccatorum*: an non etiam ægris, quia SALVS INFIRMORVM?

Digitized by Google



Vin' ſcire unde ſuum roſa candida traxerit ostrum
Purgantem vidit virginem, et erubuit.

Digitized by Google

ORATIO SECVNDA.

MARIA

PATRONA

In perfectionis stadio.

Vna est columba mea, Perfecta mea. Cantic. 6. 7.

IDEA PERFECTIONIS.

O. P. N.

Dicta in festo Purificationis.

INGENTEM hanc vniuersitatis molem, quę quicquid vbique visendum, continet, tanquam sub vnum aspectum ex altissima cōtemplationis specula intuitus, vagatusque mox, velocissimo

Mundum

In quo

Digitized by Google

mentis transcursu, per illius monarchias, imperia, regna, prouincias, principatus, respublicas, exercitus, gymnasia, collegia, cœtus, familias: tandem, in vrbibus, per priuatas domos, in pagis, per casas agrestium, in agris per mapalia ruricularum, videor animaduertisse, non esse tam ingentem monarchiam, tam exilem casam: tam firmum, potensq; imperium, tam fragilem domum: tam amplum regnum, tam circumscriptã familiam: tam opulẽ tam prouinciam, tam pauperem cœtum: tam magnum principatum, tam angustum collegiũ: tam bene institutam rempublicam, tam male gubernatum gymnasium: tam ordinatum

Monarchiæ. *Imperia.* *Regna.* *Prouinciæ.* *Principatus.* *Respublicæ.* *Exercitus.* *Gymnasia.* *Collegia.* *Cœtus.* *Familiæ.* *Domus.* *Casæ.* *Mapalia.*

Digitized by Google

tum exercitum, tam confusam phalangem, quæ non habeat aliquem, vel aliquam, qui velut Exemplar & IDEA familiaribus, ac incolis proponatur, in cuius imitatione, aut expressione potius, consistat familiæ conseruandæ, regendæ reipublicæ, administrandi principatus, regni amplificandi, imperii producendi, sapientiæ adipiscendæ, officiorum omnium præclarè exequendorum ratio.

Vbique Exemplar imitationis.

Origo imaginũ Gentiliarum.

Hinc diducta est fumosarum imaginum in atriis, Colossorum in amphitheatris, signorum in capitoliis, statuarum in foris, hermarum in curiis, cipporum in palatiis, terminorum in publicis viis, simulacrorum in fanis, idolo-

Colossorum.
Signorum.
Statuarum.
Hermarum.
Cipporũ.
Terminorum.
Simulacrorum.
Idolorum.

Digitized by Google

rum in delubris apud gentes, tum cultas, tum inhumanas, & barbaras consuetudo. Hoc fine, tanquam IDEAM perfectionis, plurimis titulorum, epigrapharum, nominumque celebrium, velut coloribus, sibi effingebat gens Hebræa Abrahamum & Saram. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos*, clamat Isaias.

Isai. lib. 2 Variarū gentium. Heroes. Pharaones. Ptolemæi. Arsacidæ. Abimelechi. Nabuchodonosores. Darii. Artaxerxes. Candaces.

Sic suis proponebant Ægyptii, ante Pharaones, post Ptolomæos: Syri, Antiochos: Parthi, Arsacidas: Philisthini, Abimelechos: Babylonii, Nabuchodonosores: Medi, Darios: Persę, Artaxerxes: Æthiopes Candacem: Bithynii, Nicomedes: Paphlagonii, Philemones, Thessali, Nellenes: Armeni,

Digitized by Google

Armeni, Tigranes: Pyrrhidæ, Molossos: Pontii, Mithridates: Atheniēses, Cecropidas: Indi, Polibrotas, Sandracco-ctos, Taxiles: Romani, Numas, Romulos, Æneas: Poloni, Vendam: Cimbri, Tuisconem: alii populi Herculem, sed variis transformatum epithetis: Iberi, Gaditatum: Bataui, Marsucanum: Ligures, Monæcum: Campani, Baulium: Tiburtes, Saxanum.

Nicomedes. Philemenes. Nelenes. Tigranes. Molossi. Mithridates. Cecropidæ. Palibrote. Sandracocti. Taxiles. Numa. Romuli. Æneas. Vendam. Tuiscones. Hercules Gaditanus. Marsucanus. Monæcus. Baulius. Saxanus. Philosophorum capita.

Si ad sapientum exedras diuertamus, nota sunt eruditis sectarum, in qualibet capita, quæ cuiusuis alumnis, vel in primo gymnasiorum aditu statuarum vario emblemate. vel in scholarum adytis imaginum venustate admirationem obiiciebantur. Sciunt

Digitized by Google

In secta Barbarica cultus Budda. in Italica Pythagoras. In poetica Orpheus: in Ionica Thales. in Ethica Socrates In Academica Plato. In Eleatica Xenophō. In Megarica Euclides. In Stoica Zeno. In Cynica Antisthenes. In Peripatetica Aristoteles. Apud Iudaeos Phariſei. Sadducai Eſſeni.

Litterati in prima Philoſophorum ſecta, quæ Barbarica dicebatur, & inter Gymnoſophiſtas, eminebat, ita Buddam cultum fuiſſe: in Italica Pythagoram propoſitum: in Poetica Orpheum celebratum: in Ionica Thaletem depictum: in Ethica Socratem laudatum: in Academica Platonem inductum: in Eleatica Xenophonē colophonium: in Megarica Euclidē: in Stoica Zenonem: in Cynica Antiſthenem: in Peripatetica Ariſtotelem, tanquam Ideas & ſapientiæ exemplaria in tabulis expreſſos. Eodē ritu, in Iudæorum republica, Phariſaica ſecta, ſuā; Sadducæa ſuā; Eſſena ſuam, quam æmulandam ſtatuebat, IDEAM venerabatur.

Digitized by Google

rabatur. In Christiana religione, quot sunt sacrorũ hominũ familię, sunt autẽ plurimę, tot enumerare licet imitationis typos, quos *Ideas* dicimus, Antonium, Basilium, Benedictum, Bernardũ, Norbertũ, Brunonẽ, Dominicũ, Franciscũ, Ignatiũ, innumeros alios. Quot in imperio sũt nobiliũ propagines, tot numerabis, in quos singulæ respiciãt Heroas. Imo quot pene plebeiorũ domus, tot istiusmodi lumina

Apud Christianos ordines religiosi.

VERVM in his omnib. illud obseruauimus, ꝙ quilibet ita sibi decus aliquod arroget, vt non omnium sit particeps. In vno aliquo ingenium se prodidit; latuit iudicium: in alio acumen se exeruit; memoria mansit obscura: Hũc fortitudo ad

Non cuilibet data omnia.

Digitized by Google

do ad ſumma euexit: iuſtitia non admodum commendauit. Iſtum prudentia extulit: temperantia eidem defuit. Nonnullos maxime caritas; plerosque caſte culta religio; alium paupertas voluntaria ſpectabilem fecit: omnia in vno virtutum ornamenta excelluiſſe inauditum eſt. Non continet vnum elementum qualitates cunctas in ſummo. Non eſt agri vnius florum genus omne producere. Non habet omnes aquas Euphrates. Non omnes noctuas Athenæ. Nō vites omnes Franconia, quamuis inter mundi plagas ſumme vitifera. Non gemmas omnes India, non thus omne Sabæa. Non omnes doctos Græcia: non omnes

mnes eruditos Gallia: non omnes ingenioſos Italia: non omnes graues prudentesque Hiſpania: non omnes generoſos Sarmatia: non omnes vrbanos Belgium: non omnes deliros Batauia: non omnes fideles Germania; non omnes bardos Scythia. Non habet omnia ſidera firmamentum. Non omnem ſapientiam Stagirites: non omnem moralitatem Socrates: non omnem ciuilitatem Plato: denique non omnē grauitatem Zeno.

COLVIT vetuſtas Lycurgum, quia leges Lacedæmoniis, & per illos orbi dedit: Numam Pompilium, quia religionem induxit: Marcellū, quia à ſe victis illachrymauit: Iulium Cæſarem, quia ad miſeri-

Quare culti. Lycurgus.

Numa.

Marcellus.

Iulius Cæſar.

Digitized by Google

sericordiam pronus, hostibus ignouit: Octauianũ, quia populo grat⁹ obhumanitatẽ extitit: Alexandrũ, quia omnib⁹ se beneuolũ exhibuit. Hectorem: quia animositatẽ præstulit: Herculem Thebanũ, quia fortitudine plurimum valuit: Vlyxem Græcũ, quia animo se tot pericula adiit: Pyrrhũ Epirotam; quia machinas ad bellũ idoneas inuenit: Attilium Regulũ, quia tam immaniatormẽta fortiter sustinuit: Titum Imperatorẽ, quia pupillorũ pater audiit orbis delitium: Traianũ, quia magnifice ædificia extruxit: M. Aurelium Cæsarem, quia sapientia nẽmini ex Imperatorum numero cessit.

Octauianus.
Alexander.
Hector.
Hercules.
Vlyxes.
Pyrrhus.
Attilius.
Titus.
M. Aurelius.

Nemo omnium

NEMINEM post multã inquisi-

quisitionem reperire potui, quem grata nepotum posteritas alicuius familiæ caput agnouerit, quia, quæ sparsa per vniuersos, ipse vnus collecta possedit. Vna est religio alterius non indiga exempli, quã capitis sui, & est Christiana: in eaq; cœtus, non aliam exposcens adimitandum perfectionis IDEAM, secundum CHRISTVM, quam Patronam suam & Dominam, estque is Marianus. Felix cœtus, qui Mariã, vt perfectionis absolutissimum exemplar, colit: vt cõsortii sui caput suspicit: vt sodalitii sui Imperatricem veneratur. In qua omnium virtutum stellæ ita rutilant, vt nullius fax, quamuis splendidissima, alterius lucem minuat.

ornamentorum particeps.

Christus.

Maria.

nuat. In qua donorum ſupernaturalium vniones ita emicant, vt naturalium margaritas non obſcurent. In qua corporis vmbra ita mentem obtegit, vt clariſſima animi lumina non opacet.

Virtutū mixtura & concatenatio.

IN MARIA, quod rariſſimum, miſceri potuit graue maieſtatis cum affabili humanitatis: vt maieſtatem non minueret affabilitas, humanitatem non impediret maieſtas. Mariæ demiſſionem non læſit magnanimitas: magnanimitatem non preſſit ſui deſpicientia: huic non obfuit fortitudo: fortitudinem non conſtrinxit prudentia: prudentiæ impedimento non fuit modeſtia. Omnes in vna ita copulatæ fuerunt virtutes,

Digitized by Google

tes, vt quæ ſigillatim in aliis vix mediocrem perfectionis gradum habuere, in Maria iunctim vniuerſæ in ſummo conſtiterint.

In Mariæ cælitum decora,

NON contineamus nos anguſtis mundi ſublunaris limitibus: non arctemur modicis Eccleſiæ militantis terminis: mortalium exiguis virtutum, ac ornamentorum ſpaciis nõ circumſcribamur. Penetremus cœlos, ac diuino tribunali proximas mentes ab omni corporeæ molis concretione liberas contemplemur: & ſupercœleſtem illam beatorũ ſpirituum œconomiam, ac ſubſellia percurramus; nihil ſane inueniemus in beatiſſimis illis mẽtibus diuinum; tametſi ſint diuinitatis quidam

Digitized by Google

dam riuuli: nihil in bis deno Apoſtolorum choro egregiũ; quamuis in iis ſint extra gregẽ omnia: nihil in vllis cælitibus ſuſpiciendum; licet in illis ſuſpici mereãtur vniuerſa; quod in MARIA nõ illuſtrius ſplendeat, vt in ſole: quod non vberius cõtineatur, vt in Oceano: quod nõ perfectius hæreat in illa, vt in fonte: quod non felicius proueniat, vt in horto: quod non ſecurius maneat, vt in arce: quod non gratius euaporet ex illa, vt ex ara: quod non largius diffundatur, vt ex vena; quod non longius conſpiciatur, vt ſupra montem. *Nihil eſt cãdoris, nihil eſt ſplendoris, nihil eſt virtutis, quod non reſplendeat in Virgine glorioſa.*

In Maria Anno. SIQVIDEM in MARIA, quippe

quippe REGINA ANGELORVM Seraphinorum ardor fulgurat: Cherubinorũ ſapientia ſplẽdet: Thronorũ maieſtas reſidet: Dominationũ dignitas eminet: Poteſtatum gloria coruſcat: virtutũ ornamẽta enitent: Principatuum vires florent: Archangelorum claritas ſcintillat: Angelorum vigilantia proſpicit. *gelorum dotes.*

MAGNVS fuit in Apoſtolis zelus: merito, fuit. n. illorũ ꝓpria virtus. Nã erãt ipſi Eccleſiæ columnæ, quarũ baſis eſt zelus: erãt huius mũdi ſol, cuius ſplendor eſt zelus: erãt ſal terræ, cuius acrimonia eſt zelus: erant gentium Doctores, quorum ſapientia eſt zelus: erant ouiũ rationabiliũ paſtores, quorum pedum eſt zelus: erant Saluatoris mundi diſci- *Apoſtolorum decora. Zelus.*

Digitized by Google

rum in delubris apud gentes, tum cultas, tum inhumanas, & barbaras consuetudo. Hoc fine, tanquam IDEAM perfectionis, plurimis titulorum, epigrapharum, nominumque celebrium, velut coloribus, sibi effingebat gens Hebræa Abrahamum & Saram. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos*, clamat Isaias.

Isai. lib. 2

Variæ gentium.

Heroes.

Pharaones.

Ptolemæi.

Arsacidæ.

Abimelechi.

Nabuchodonosores.

Darii.

Artaxerxes.

Candaces.

Sic suis proponebant Ægyptii, ante Pharaones, post Ptolomæos: Syri, Antiochos: Parthi, Arsacidas: Philisthini, Abimelechos: Babylonii, Nabuchodonosores: Medi, Darios: Persę, Artaxerxes: Æthiopes Candacem: Bithynii, Nicomedes: Paphlagonii, Philemones, Thessali, Nellenes: Armeni,

Digitized by Google

Armeni, Tigranes: Pyrrhidæ, Molossos: Pontii, Mithridates: Atheniēſes, Cecropidas: Indi, Polibrotas, Sandracco-ctos, Taxiles: Romani, Numas, Romulos, Æneas: Poloni, Vendam: Cimbri, Tuiſconem: alii populi Herculem, ſed variis transformatum epithetis: Iberi, Gaditatum: Bataui, Marſucanum: Ligures, Monæcum: Campani, Baulium: Tiburtes, Saxanum.

Nicomedes. Philemones. Nelleus. Tigranes. Molossi. Mithridates. Cecropidæ. Palibrotæ. Sandracottus. Taxiles. Numa. Romulus. Æneas. Vendam. Tuiſcones. Hercules Gaditanus. Marſucanus. Monæcus. Baulius. Saxanus. Philoſophorum capita.

Si ad ſapientum exedras diuertamus, nota ſunt eruditis ſectarum, in quallibet capita, quæ cuiuſuis alumnis, vel in primo gymnaſiorum aditu ſtatuarum vario emblemate: vel in ſcholarum adytis imaginum venuſtate ad imitationem obiiciebantur. Sciunt

Digitized by Google

rum in delubris apud gentes, tum cultas, tum inhumanas, & barbaras consuetudo. Hoc fine, tanquam IDEAM perfectionis, plurimis titulorum, epigrapharum, nominumque celebrium, velut coloribus, sibi effingebat gens Hebræa Abrahamum & Saram. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos*, clamat Isaias.

Isai. lib. 2 Variarū gentium. Heroes. Pharaones. Ptolomæi. Arsacidæ. Abimelechi. Nabuchodonosores. Darii. Artaxerxes. Candaces.

Sic suis proponebant Ægyptii, ante Pharaones, post Ptolomæos: Syri, Antiochos: Parthi, Arsacidas: Philisthini, Abimelechos: Babylonii, Nabuchodonosores: Medi, Darios: Persę, Artaxerxes: Æthiopes Candacem: Bithynii, Nicomedes: Paphlagonii, Philemones, Thessali, Nelleues: Armeni,

Digitized by Google

Armeni, Tigranes: Pyrrhidæ, Molossos: Pontii, Mithridates: Athenienſes, Cecropidas: Indi, Polibrotas, Sandraccoctos, Taxiles: Romani, Numas, Romulos, Æneas: Poloni, Vendam: Cimbri, Tuiſconem: alii populi Herculem, ſed variis transformatum epithetis: Iberi, Gaditatum: Bataui, Marſucanum: Ligures, Monæcum: Campani, Baulium: Tiburtes, Saxanum.

Nicomedes. Philemones. Nellenes. Tigranes. Moloſſi. Mithridates. Cecropidæ. Palibrotæ. Sandracocti. Taxiles. Numa. Romuli. Æneas. Vendæ. Tuiſcones. Hercules Gaditanus. Marſucanus. Monæcus Baulius. Saxanus Philoſophorum capita.

Si ad ſapientum exedras diuertamus, nota ſunt eruditis ſectarum, in qualibet capita, quæ cuiuſuis alumnis, vel in primo gymnaſiorum aditu ſtatuarum vario emblemate: vel in ſcholarum adytis imaginum venuſtate ad imitationem obiiciebantur. Sciunt

Digitized by Google

In secta Barbarica cultus Budda.
In Italica Pythagoras.
In poetica Orpheus:
in Ionica Thales.
in Ethica Socrates
In Academica Plato.
In Eleatica Xenophõ.
In Megarica Euclides.
In Stoica Zeno.
In Cynica Antisthenes.
In Peripatetica Aristoteles.
Apud Iudaeos Pharisaei.
Sadducaei
Essani.

Litterati in prima Philosophorum secta, quæ Barbarica dicebatur, & inter Gymnosophistas, eminebat, ita Buddam cultum fuisse: in Italica Pythagoram propositum: in Poetica Orpheum celebratum: in Ionica Thaletem depictum: in Ethica Socratem laudatum: in Academica Platonem inductum: in Eleatica Xenophonẽ colophonium: in Megarica Euclidẽ: in Stoica Zenonem: in Cynica Antisthenem: in Peripatetica Aristotelem, tanquam Ideas & sapientiæ exemplaria in tabulis expressos. Eodẽ ritu, in Iudæorum republica, Pharisaica secta, suã; Sadducæa suã; Essena suam, quam æmulandam statuebat, IDEAM venerabatur.

Digitized by Google

rabatur. In Christiana religione, quot sunt sacrorũ hominũ familię, sunt autẽ plurimę, tot enumerare licet imitationis typos, quos *Ideas* dicimus, Antonium, Basilium, Benedictum, Bernardũ, Norbertũ, Brunonẽ, Dominicũ, Franciscũ, Ignatiũ, innumeros alios. Quot in imperio sũt nobiliũ propagines, tot numerabis, in quos singulæ respiciãt Heroas. Imo quot pene plebeiorũ domus, tot istiusmodi lumina

Apud Christi anos ordines religiosi.

VERVM in his omnib. illud obseruauimus, ꝙ quilibet ita sibi decus aliquod arroget, vt non omnium sit particeps. In vno aliquo ingenium se prodidit; latuit iudicium: in alio acumen se exeruit; memoria mansit obscura: Hũc fortitudo ad

Non cuilibet data omnia.

Digitized by Google

do ad ſumma euexit: iuſtitia non admodum commendauit. Iſtum prudentia extulit: temperantia eidem defuit. Nonnullos maxime caritas; plerosque caſte culta religio; alium paupertas voluntaria ſpectabilem fecit: omnia in vno virtutum ornamenta excelluiſſe inauditum eſt. Non continet vnum elementum qualitates cunctas in ſummo. Non eſt agri vnius florum genus omne producere. Non habet omnes aquas Euphrates. Non omnes noctuas Athenæ. Nō vites omnes Franconia, quamuis inter mundi plagas ſumme vitifera. Non gemmas omnes India, non thus omne Sabæa. Non omnes doctos Græcia: non o-

mnes

mnes eruditos Gallia: non omnes ingenioſos Italia: non omnes graues prudentesque Hiſpania: non omnes generoſos Sarmatia: non omnes vrbanos Belgium: non omnes deliros Batauia: non omnes fideles Germania; non omnes bardos Scythia. Non habet omnia ſidera firmamentum. Non omnem ſapientiam Stagirites: non omnem moralitatem Socrates: non omnem ciuilitatem Plato: denique non omnẽ grauitatem Zeno.

COLVIT vetuſtas Lycurgum, quia leges Lacedæmoniis, & per illos orbi dedit: Numam Pompilium, quia religionem induxit: Marcellũ, quia à ſe victis illachrymauit: Iulium Cæſarem, quia ad miſeri-

Quare culti. Lycurgus.

Numa.

Marcellus.

Iulius Cæſar.

Digitized by Google

sericordiam pronus, hostibus ignouit: Octauianũ, quia populo grat⁹ obhumanitatẽ extitit: Alexandrũ, quia omnib. se beneuolũ exhibuit. Hectorem: quia animositatẽ præstulit: Herculem Thebanũ, quia fortitudine plurimum valuit: Vlyxem Græcũ, quia animo se tot pericula adiit: Pyrrhũ Epirotam; quia machinas ad bellũ idoneas inuenit: Attilium Regulũ, quia tam immaniatorméta fortiter sustinuit: Titum Imperatorẽ, quia pupillorũ pater audiit orbis delitium: Traianũ, quia magnifice ædificia extruxit: M. Aurelium Cæsarem, quia sapientia nẽmini ex Imperatorum numero cessit.

Octauianus.
Alexander.
Hector.
Hercules.
Vlyxes.
Pyrrhus.
Attilius.
Titus.
M. Aurelius.

Nemo omnium

NEMINEM post multã inquisi-

Digitized by Google

quisitionem reperire potui, quem grata nepotum posteritas alicuius familiæ caput agnouerit, quia, quæ sparsa per vniuersos, ipse vnus collecta possedit. Vna est religio alterius non indiga exempli, quã capitis sui, & est Christiana: in eaq; cœtus, non aliam exposcens ad imitandum perfectionis IDEAM, secundum CHRISTVM, quam Patronam suam & Dominam, estque is Marianus. Felix cœtus, qui Mariã, vt perfectionis absolutissimum exemplar, colit: vt cõsortii sui caput suspicit: vt sodalitii sui Imperatricem veneratur. In qua omnium virtutum stellæ ita rutilant, vt nullius fax, quamuis splendidissima, alterius lucem minuat.

ornamentorum particeps.

Christus.

Maria.

Digitized by Google

nuat. In qua donorum ſupernaturalium vniones ita emicant, vt naturalium margaritas non obſcurent. In qua corporis vmbra ita mentem obtegit, vt clariſſima animi lumina non opacet.

Virtutis mixtura & concatenatio.

IN MARIA, quod rariſſimum, miſceri potuit graue maieſtatis cum affabili humanitatis: vt maieſtatem non minueret affabilitas, humanitatem non impediret maieſtas. Mariæ demiſſionem non læſit magnanimitas: magnanimitatem non preſſit ſui deſpicientia: huic non obfuit fortitudo: fortitudinem non conſtrinxit prudentia: prudentiæ impedimento non fuit modeſtia. Omnes in vna ita copulatæ fuerunt virtu-

tes,

Digitized by Google

tes, vt quæ ſigillatim in aliis vix mediocrem perfectionis gradum habuere, in Maria iunctim vniuerſæ in ſummo conſtiterint.

In Mariæ calitum decora,

NON contineamus nos anguſtis mundi ſublunaris limitibus: non arctemur modicis Eccleſiæ militantis terminis: mortalium exiguis virtutum, ac ornamentorum ſpaciis nõ circumſcribamur. Penetremus cœlos, ac diuino tribunali proximas mentes ab omni corporeæ molis concretione liberas contemplemur: & ſupercœleſtem illam beatorũ ſpirituum œconomiam, ac ſubſellia percurramus; nihil ſane inueniemus in beatiſſimis illis mẽtibus diuinum; tametſi ſint diuinitatis quidam

Digitized by Google

dam riuuli: nihil in bis deno Apoſtolorum choro egregiũ; quamuis in iis ſint extra gregẽ omnia: nihil in vllis cælitibus ſuſpiciendum; licet in illis ſuſpici mereãtur vniuerſa; quod in MARIA nõ illuſtrius ſplendeat, vt in ſole: quod non vberius cõtineatur, vt in Oceano: quod nõ perfectius hæreat in illa, vt in fonte: quod non felicius proueniat, vt in horto: quod non ſecurius maneat, vt in arce: quod non gratius euaporet ex illa, vt ex ara: quod non largius diffundatur, vt ex vena; quod non longius conſpiciatur, vt ſupra montem. *Nihil eſt cãdoris, nihil eſt ſplendoris, nihil eſt virtutis, quod non reſplendeat in Virgine glorioſa.*

In Maria Anno. SIQVIDEM in MARIA, quippe

quippe REGINA ANGELORVM Seraphinorum ardor fulgurat: Cherubinorũ sapientia splẽdet: Thronorũ maiestas resídet: Dominationũ dignitas eminet: Potestatum gloria coruscat: virtutũ ornamẽta enitent: Principatuum vires florent: Archangelorum claritas scintillat: Angelorum vigilantia prospicit. *gelorum dotes.*

MAGNVS fuit in Apostolis zelus: merito, fuit. n. illorũ ꝓpria virtus. Nã erãt ipsi Ecclesiæ columnæ, quarũ basis est zelus: erãt huius mũdi sol, cuius splendor est zelus: erãt sal terræ, cuius acrimonia est zelus: erant gentium Doctores, quorum sapientia est zelus: erant ouiũ rationabiliũ pastores, quorum pedum est zelus: erant Saluatoris mundi disci- *Apostolorum decora. Zelus.*

Digitized by Google

puli, quorum finis est zelus: erant crucifixi clientes, quorum perfectio est zelus: erant cœlestis Magistri alumni, quorum institutio est zelus. Sed maior fuit in MARIA, quippe REGINA APOSTOLORVM, quæ tota quanta quanta fuit zelus. Si cogitabat, spirabat zelum: si loquebatur, fundebat zelum: si agebat, æstuabat zelo.

Martyrum fortitudo.

SVMMA fuit fortitudo in Martyribus, quis neget? Nam

Laurentius.

quæ vis Laurentium in craticula continuisset, nisi fortitudo ligasset? Quis Mauritiũ

Mauritius.

militem expeditissimum, ac generosissimum ensi subiecisset, nisi fortitudo inclinasset?

S. Maximilianus.

Quis Maximilianum sanctissimum, hierarcham, & æui sui

Macha-

Machabæum, cum metu ſup-
pliciorum degeneres Chriſti
milites Martiadolerent Præ-
ſidi Euilaſio oppoſuiſſet, niſi
fortitudo in medium forum
proſilientem, præfectumque
impietatis accuſantem exſti-
mulaſſet? Qui-nam Anaſta- S. Ana-
ſia, vt vnam ex altero ſexu ſtaſia.
commemoremus, in arden-
tem rogum ſe coniecisſet, niſi
fortitudo impetum indidiſ-
ſet? Sed perfectior multo fuit
in MARIA, quippe REGINA
MARTYRVM fortitudo.
Quis illam ad templum ad-
duxit, & Dei famulatui addu-
xit? Fortitudo. Quis per Iu-
dææ montana cum feſtina-
tione egit? Fortitudo. Quæ
regredientem in Palæſtinam
nunquam deſeruit? eadem
fortitudo. HABE-

Digitized by Google

Tuam ipsius animam pertransiuit gladius.

HABEBAT MARIA iam tunc à Simeonis fatidica prædictione ensem, non in pectore solum, sed & in anima. Ille tenellam virginẽ torquebat, rotabat, excarnificabat quotidie: mortem funesta repræsentatione non minitabatur, sed inferebat, vt in singulas horas dici posset mori, cuius vita horis singulis violẽte abrumpebatur: toties Martyr, quoties virgineũ pectus ensis pertransibat: & nunquam nõ pertrãsibat. Sed quid in morte vitali spirantem, anhelantemque conseruabat? fortitudo.

Maria Martyr.

Innocentia confessorum.

EXIMIA fuit in quibusdam Sanctorum numero insertis Innocentia, quo nomine virtutes illas comprehendimus, quæ

Digitized by Google

quæ confessoribus, vt Ecclesia loquitur accommodatæ, tot innocuas cœlo animas intulerunt. Innocentia coronauit candidam illam cohortem, quæ suo regi magis præmori, quam commori, tota licet ignara, gestiebat. Illos Christo dicatos milites, Innocentum titulo illustres pusiones. Qui cœperunt ante militare, quam viuere; ante pugnare, quam ludere, ante fundere sanguinem, quam lactis vbera perpotare. Ardentes illas animulas, quæ corporis moras non ferentes, à gremio ad furentes hostium cuneos peruolarunt: & anticiparunt virtutibus blandimẽta, vulneribus oscula, vnguẽta ferro: vt cœlum possent ante inhabitare, quã terram:

Innocentes. Infantes. Pet. Chrysolo. serm. 143.

Digitized by Google

præmia ſpiritus ante portare, quam carnem: ante referre triumphos Deo, quam perferre hominum nutrimenta. Illos gratiæ Martyres, ac in martyrio confeſſores, qui cõfitebantur tacentes, neſcientes pugnabant, vincebant inſcii, moriebantur inconſcii, ignari tollebant palmas, coronas rapiebant ignorantes:

Quos lucis ipſa in limine
Chriſti inſequitor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas.

INNOCENTIA perduxit
Ioſeph. ad regnum Ioſephum, conduxit per deſertum, & inuia
Iacob. Iacobum, eduxit è leonum la-
Daniel. cu Danielem, reduxit ad parentes peregrinantem To-
Tobiam. biam. Innocentia abſoluit venuſtiſſimam Suſannam, animauit

Digitized by Google

mauit generosissimam Iuditham, instruxit prudentissimã Abigailem, euexit ad diadema formosissimam Estherem. Innocentia liberauit Mardochæum ab Amano; Dauidem à Saule, Ananiam à Nabuchodonosore. Per innocentiam translati sunt adolescẽtuli plurimi, ne malitia mutaret illorum intellectum: rapti sunt innumeri iuuenes, ne fictio adultiores factos deciperet. Innocentia conseruauit eremicolas in specubus: anachoretas in montibus: monachos in cellulis.

Iudith. Abigail.

Mardochæus. Dauid. Ananias.

AT illustrior fuit Innocẽtia in MARIA, quippe Innocentum ac Confessorum Regina. Nam si innocentiam voces, cum latinitatis Principe

Innocentia Mariæ.

Lib. 3. Quæst. Tuscul.

Digitized by Google

animi affectionem, quæ noceat nemini: Innocentem, non, qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet. quid est, quod comparari possit cum Innocentia Deiparæ? An nõ illius est encomium remunerare ingratos, amare inimicos, benefacere odientibus, honorare contemptores? patrocinari omnibus? cuius nulla vnquam vox fuit acerba, nullus gestus inhumanus, nullum verbum crudele. Si Innocẽtem dicas, innoxium, inculpatum, à crimine alienum: ite, quærite culpam in MARIA, tenebras in sole, frigus in igne, humorem in pumice, siccitatem in pelago.

Puritas Virginũ. ADMIRANDA fuit in virginibus, Christi sponsis, castisq; adole-

Digitized by Google

adoleſcentibus, qui mori maluerunt, quam fœdari, puritas. In ipſo thoro genìali arám puritati erexit Cæcilia Cæcilia.

Cæcilia antiquæ potuit noua gloria gentis
O quam diſſimilem ducere virgo virum?
Coniugis in thalamum prima cum nocte veniret,
Protinus exclamat, Valeriane caue.
Valeriane caue: cuſtos fortiſſimus adſtat
Qui mihi libati corporis vltor erit.
Eſt mihi virginitas ſummo iurata Tonanti
Peruigil in lectũ fert ſua vota ſoror.
Gorgone tuta meo cæcam alite: telaque vibrans,
Fingitur à vobis Pallas: inermis ero.
Crede mihi Paridis non eſt hæc fabula veſtri,
Cum Menelaeo rapta Lacæna thoro eſt.

Sum tua: tu meus es, Christum cole: sum modo virgo.
Tu pater & coniunx, & mihi frater eris.

Alexius.

PVRITAS Alexium thalamo eripuit, sponsæ abstulit, patriæ reddidit, cœlo intulit; puritas Petronillam, Agnetem, Marcellinã, Praxedem, Musam Romæ; Macrinam in Cappadocia; Genouefam in Gallia, Marinam in Bithymia, Margaritam in Ægypto, Theoctistem in Pharo, Brigittam in Scotia, VValburgã in Anglia, Christinam in Hasbania, Claram in Vmbria, Gertrudem in Saxonia, Catharinam in Hetruria, Colettam in Picardia, Margaretam in Hungaria, Eustochium in Palestina; Mechtildẽ in Thuringia:

Petronilla.
Agnes.
Marcellina.
Praxedes.
Musa.
Macrina.
Genouefa.
Marina.
Margarita.
Theoctiste.
Brigitta.
VValburga.
Christina.
Clara.
Gertrudis.
Catharina.

Coletta, Margareta, Eustochium, Mechtildis.

Digitized by Google

ringia: Aldegunden in Hannonia; Othiliam in Alsatia; Gudilam in Brabantia, Gratam in Lombardia, Dympnã in Hiberna; Verenam in Sueuia: Bihillem in Franconia; Erenthrudem in Bauaria; Lyduuinã in Hollãdia: Agnem in Bohemia: Patritiam in Campania: Euphrasiam in Thebaide: Nicetam, Eustoliam, Sopatram, Anthusam in Thracia: Chelidoniam in Latio: Elisabetham in Lusitania; Teresiam in Hispania, in aliis regionibus innumeras alias Christo sacrauit.

Aldegunda.
Othilia.
Gudila.
Ermelendos.
Grata.
Dympna.
Verena.
Bihillis.
Erentrudis.
Lyduuina.
Agnes.
Eustolia.
Sopatra.
Anthusa.
Patritia.
Elisabeth.
Teresia.

PVRITATIS amor Teclam in leones animauit: Feliculam in equuleo extendit: Valeriam capite minuit: Potamiænam, post diffusam ar-

Virgines pro puritate tuenda saepissime affectæ.
Tecla.
Feliciula.
Potamiæna.

Digitized by Google

dentissimam picem per varia corporis membra ad ignem impulit: Anatoliam in fame & inedia extrema saginauit: Victoriam, vt carnifici pectus transverberandum offerret, disposuit: VVilgefortem in crucem deportauit: Iulianam in crepitantibus flammis refrigerauit: Febroniæ, postquã virgis sæuissime cęsa, equuleo torta, pectinibus laniata, igne succensa, excussis dentibus, mammisque abscissis: vtraq; etiam manu, & vtroque pede præcisis mutilata fuisset, coronam imposuit. Pelagiæ in boue æneo ardenti incluſæ spiritum addidit. Ebbæ sanctimoniali, vt nouacula nasum cum labro superiori ad dentes vsque præcidens horrendum

Anatolia.
Victoria.
VVilgefortis.
Iuliana.
Febronia.
Pelagia.
Ebba.

Digitized by Google

rendum sui spectaculum præberet, ne contaminaretur, persuasit. Columbam in meretricũ lustris omnibus prostituendam sceleratis illæsam conseruauit. Denique, quoniam infinita sunt in hoc genere spectacula, Vrsulam & tot millia lectissimarum Virginum barbarorum ensibus obiecit. *Columba.* *Vrsula.*

PVRITATIS amor serenissimum Imperatorem Henricum, raro omni æuo exemplo, cõsentiente Chunegunde vxore virgine, de bonis carnis, vt Tertullianus loquitur, modestam, in occulto, matrimonii dissimulationem adolere exstimulauit. Puritatis amor Eduardum Regem in Anglia, cum Ægica coniu- *Henricus.* *Chunegunde.* *Eduardus.* *Ægica.*

Digitized by Google

Boleslaus. *Chunegunde.* *Elzearius.* *Delphina.* *Ansbertus.* *Angadrisma.* *Alfonsus Castus.* *Berta.* *Chrysantus.* *Daria.* *Iulianus.* *Basiliscam.*

ge: Boleslaum in Polonia dictum Pudicum cum Chunegunde thori consorte: Elzearium Comitem in Apulia cũ Delphina Sponsa: Ansbertum & Angadrisinam coniuges nobilissimos in Gallia: Alfonsum cognomento castum cum Berta Reges in Hispania: Chrysantum & Dariam in Italia: Iulianum & Basiliscam in Palæstina, virginitate Deo vtriusque consensu sacrata, sub vno conopæo Angelicas delitias gustari posse docuit.

Maria mater purissima.

SED quid horum omnium puritas, si conferatur cum puritate MARIÆ, quippe *Reginæ Virginum*, omnis sanctitatis Matris, cui soli occinitur, MATER PVRISSIMA? In

qua

Digitized by Google

qua nihil vel per vmbram impurum, quod purgari; nihil immundum, quod lauari; nihil sordidum, quod detergi indigeat, siue actum spectes, siue cogitatum, vel ipsa calumnia inueniet; Et tamen.

Cælicolum Regina potens, & gloria terræ.
Ipsa simul Coniunx, Virgo, parensque fuit.

In fonte puritatis quæ potest esse, aut concipi immunditia? MARIA nullo nõ tempore fuit *tota pulchra, & sine macula*, purior hominibus, mundior Angelis; In quam nihil inquinatum incurrit. Quam, vt docet Anselmus, decuit, ea nitere puritate, qua sub Deo nequit maior intelligi. Certe: *Nihil est candoris, ni-*

Digitized by Google

Cantatur. *hil est splendoris, nihil puritatis, quod non resplendeat in virgine gloriosa.*

Humilitas virtutum fundamentum. VERVM, quæ diximus hactenus nihil essent sine Humilitate: sine qua, virtutum vmbras quasdam, ac ne vmbras quidē habuissent DEO caræ animæ. Huius encomio, qui excelluerit, virtutum omnium cinnum quendam, imo, complexionem, absolutionemque possidere credendus est.

Cinnus.

Quamobrem eximium fuit Sanctorum omnium in hac virtute excolenda, eaque animam perfectissime exornanda studium, ac indefessa industria. Hinc humilitatem, tanquam fundamentum locarunt Apostoli, cum virtutum

Digitized by Google

tum fabricam superextruerent, & zelo deaurarent. Humilitate, velut sublitione, primum tectorium virtutum tabellæ induxerunt Martyres, vt viuos deinde fortitudinis colores posset arripere. Humilitatem, ceu murum sibi circumposuerunt Confessores, quo tot hostibus expositam innocentiam tutarentur. Humilitate, vt vallo inuiolabili Puritatem cinxerunt Virgines: quia, male tuta est castitas, quam non munit Humilitas. Vti non satis decora est Humilitas, quam non exornat castitas.

Sublitiones rudes colores.

Murus.

Vallum.

SED ô Diuina Humilitas, quem tu inter mortales, siue viros, siue fœminas, postquam à Christo discesseris, virorum nouissi-

Qui humillimus, is perfectissimus.

Digitized by Google

nouissimo designasti, vel elegisti, in cuius pectore tãquam aula regia, quia virtutum Regina, sedem fixam, & nũquam mouendam collocares. Hoc si mihi constaret, scirem equidem, quis virtutum omnium decora in vnum collecta, intra cordis sui septa, tanquam regali domicilio, concluſa retineret, quis exemplar perfectissimum ad imitandum, quis *Idea Perfectionis* statui ac denominari deberet.

Iudith. FVIT-ne hæc in sacris nostris celebratissima Iuditha? cui Pontifex Ioacim acclamat. *Tu gloria Ierusalem. Tu lætitia Israel. Tu honorificentia populi.* Non fuit. At Esther fortasse? *quam adamauit Rex plus quam omnes mulieres*: puella *formosa valde*

cap. 15. 10.

Esther cap. 2. 17.16.

Digitized by Google

valde & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis. Nequaquam. An Elisabetha ergo fuit, quę præ humilitate mirabatur venire matrem Domini sui ad se? Tantundem sane. Nam, vt concedam, Iuditham omnes sui temporis matronas fortitudine superasse, nimirum, typum MARIÆ, quæ est *Turris Dauid*: Estherem, si vllam aliam Iudaici generis, zelo, pro gente sua æstuasse, nempe figuram MARIÆ, quæ est *Ciuitas refugii*: Elizabetham vitæ integritate nemini fœminarum inferiorē fuisse, quippe cognatam MARIÆ, quæ est *Integritatis Mater*: Tamen Humilitas MARIÆ tam fuit omnibus suis numeris absoluta,

Elizabeth.

Humilitas Mariæ summa.

soluta, tam profunda, aut potius, tam sublimis, vt ea omnibus, quæ ante se fuerunt, palmam præripuerit, post autem sequuturis assequendi spem præciderit.

Maria, qua Regina.

NON adduco in exemplum, quod cum ipsa, DEI MATER in sacrosanctæ Trinitatis penitiori conclaui renunciata: in cœlestium curia omnium læta admurmuratione proclamata: in terris per summi Imperatoris præconem promulgata esset; non se Reginam cœlorum; non Imperatricem mundi; non Magni Tonantis Parentẽ, Prolem, Coniugem; sed ANCILLAM nominarit. Dubitari enim posset, an humilitatis sit iste titulus. Siquidem, quod sum-

Vocat se Ancillam.

Titulus Ancillæ.

Digitized by Google

ſummum ac digniſſimum in Virgine hoc elogio exprimitur. Nam quæ DEI eſt Ancilla, mente illum concipit, quæ Mater, ventre. Hoc autem illo eſt inferius. Certe, beatam dixit Filius Virginem, non tam, quod ſolummodo ventre, quam quod ſimul mente, ac ventre portaſſet ſaluatorem. Quocirca, non tam humilitatis videtur, ANCILLA DOMINI, quam nobilitatis. Quamquam, vt ego reor, ſit vtriuſque, tam huius, quam illius. An non enim DEO ſeruire, ſeu ancillari regnare eſt? Nonne gloriatur hoc encomio Dauid? O Domine, *quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ, Seruus tuus ſum ego. Fac cum ſeruo tuo miſericordiam.* Nonne Apoſtolo-

An honoris.

An humilitatis.

An vtriuſque.

Pſal 115 Pſa. 118.

Digitized by Google

2. Pet. 1. postolorum vertex? *Simon Petrus seruus & Apostolus* IESV CHRISTI. *Nonne* Doctor *gentium?* Et alter Apostolus: Iudas IESV CHRISTI seruus. Sanctissimus etiam senex in hodierno euangelio: *Nunc dimittis seruum tuum Domine.* Nonne summus Imperator Constantinus? qui se DEI seruum appellari idcirco gaudebat, ac si maius quid esset, Seruus DEI, quam mundi Monarcha. Quod & ille agnouit, qui ad Oedipum apud Sophoclem dicebat: *Non seruus ego viuo tibi, ast Apollini.* Quid? quod DEVS ipse Mosen, hominem sibi amantissimum honorifico maxime elogio celebrare cupiens, ita de illo loquitur: *Moses* SERVVS *meus mortuus est;* Ioiue 1. Ita-

Paulus seruus IESV CHRISTI.

Luc. 2.

Tiresiae. εἰ γὰρ σοὶ ζῶν δοῦλος ἀλλὰ λοξίᾳ.

Philostra. lib. 7. cap. 2.

Ioiue 1.

Digitized by Google

Itaque Virginis illud responsum; ECCE ANCILLA ad probationem profundissimæ humilitatis non adduco.

SVFFICIT dies hodiernus ad demonstrandum in perfectissimæ humilitatis laude primas obtinuisse DEIPARAM MARIAM. Multæ filiæ humilitate congregauerunt sibi meritorum diuitias: TV MARIA supergressa es vniuersas. Purificationis nomen nucleus est argumentorum omnium, quibus non ostendatur solum probabiliter, sed demonstretur omnino necessario, MARIAM esse, quæ in humilitatis certamine omnes post se reliquerit. Vere Tibi occinitur: *Vna est columba mea, Perfecta mea: Vna est matris suæ, electa* Cant. 6.7

In Purificatione humillima Maria.

Digitized by Google

electa genitricis suæ. Festum hoc ὑπαπαντης aut ὑπαντης satis superq; non omnino stupidis manifestat, haud fuisse, quo se magis abiiceret MARIA. Sic autē appellatur à Græcis ab occursu faustissimo festiuitas hodierna. In qua senex ille decrepitus, centum, ac trium annorum Simeon, qui responsum acceperat à Spiritu sancto; non visurum se mortem, nisi prius vidisset Christum Domini, testis est locupletissimus demissionis Marianæ hactenus inauditæ.

Festum ὑπαπαντης.

Simeon senex.

DIVINISSIME senex, ætate fessus, voluntate vegetus: annis grauis, desiderio alacer: senecta tardus, spe celer: frigidus æuo, ardens amore; viribus effœtus, religione

gione florens: corporis oculis caligantibus animæ lucidissimis, quæ tibi mens in lapsabundo corpore, dum videres in cuneo multarum puerperarum (sic meditatur Ierosolymitanus presbyter) Deipa- *Timotheus Hom. de hypa.*
ram stantem, & ceterarum Dominam famulabus primas cedentem? Dum cerneres Dominum legis, quam per seruum sûum Mosen tulerat, legi, de primogenitis masculis DEO in templo sistendis parentem? Dum conspiceres Dei Matrem iussis legalibus de purgatione earum, quæ masculum peperissent, obtemperantem; quamuis ipsa legis ipsiusmet verbis excipereretur potius, quam adstringeretur? Virginem supra legem *Serm. de purificatione.*

fecerat

fecerat gratia, sed sub lege Humilitas, inquit accommodatissime Propatriarcha Venetus Laurentius Iustinianus.

Quod purgari solcat. Emaculari. Detergi.

VENERANDA Mater, purificari non solet, nisi quod impurum; emaculari, nisi fœdatum; detergi, nisi quod infectum; ablui, nisi quod sordidum. Quid autem impuri in puritatis scaturigine, quid fœdum in candore, quid infectum in luce, quid sordidum in munditia reperiri poterit, vel cogitari? Peccati impuritatem nescit, cui nullus vel domestici, vel extranei: natalitii vel actualis criminis nævus adhæsit. Naturæ in partu impuritatem ignorat, quæ concepit Virgo, peperit Virgo,

In Dei-para nihil istius-modi.

Peccati impuritas.

Naturæ impuritas.

Digitized by Google

go, manſit poſt partum Virgo. E cuius vtero Chriſtus, vti ſponſus de thalamo proceſſit: vt vnda potabilis è ſilice proſiliit: vt vltro maturus ab arbore baiula ſine vellicatione fructus decidit: vt ſolaris radius pellucidam criſtallum trāſiit: vt roris guttula ex vtero auroræ ſtillauit. Cuius fœtus ita eſt ex aluo perpurgatiſſima egreſſus, ſicut per aurem fuerat ſine læſione ingreſſus. Qui impatibiliter fuit illapſus, impatibiliter eſt elapſus. Quæ, *antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius peperit maſculum*, vt eſt Iſaiæ 66. hoc eſt, cum nullæ ærumnæ parturientium, nulli dolores præceſſiſſent, peperit repente ſanum perfectumque

Beda. Ambroſ. in Luc. Cypr. ſer. de nat. cap. 2. Proclus Cyzicen. in Con. Epheſ.

dumque virum. Ad quid ergo Purificatio? quid legi pareret, quæ legis vinculis non adstringitur? quæ legis Dominum peperit? quæ est supra legem, à legislatore excepta?

Legi pareret Christus.

NIMIRVM, nouo exemplo, legi parebat, qui legem condidit. Mater respiciebat filium, quem vlnis gestabat, qui legi Mosaicæ minime adstrictus, legi obtemperabat. Non audiuistis toties hisce natalitiorum diebus: *Cuius principatus super humerum eius.* *Isai. 9. 6.* Quod præconium est Isaiæ Prophetæ puerulo Emmanueli datum. Illud ita exprimit Chaldæus: *Suscepit legem supra se, vt seruaret eam.* Siquidem, Boni Principis est, legem seruare, quam populo seruandam

uandam proponit, imponitque, & imperium ſuum, quod aliis promulgat ſuper humerum ferre. Deteſtandum eſt illud Iuliæ Auguſtæ dictum, ad ſcelus priuignum inuitis; *Licet, ſi libet: addentisque; An neſcis, te Imperatorem* eſſe, & leges dare, non accipere? Verius illud, ac pulchrius: *Minimum decet libere, cui nimium licet.* Et iſtud Theodoſii ac Valentiniani optimorum Imperatorum: *Digna vox eſt maieſtate regnantis; legibus alligatum ſe Principem profiteri.* Non eſt Princeps ſupra leges: ſed leges ſupra Principem, animoſe in Panegyrico magno Principi dicebat Plinius orator. Et Ambroſius Imperatori; *Quod præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti etiam*

Spartianus. Caracal.

Sen. Troad.

Leg. Digna Cod. de legibus.

Epiſt. 32. ad Valentin.

Digitized by Google

iam tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipse custodiat.

Deus nulli legi subiectus.

SED hæc homines spectãt, qui legibus duci debent, & labi possunt, quoniam sibi non sufficiunt. DEVS supra omnem est legem: qui legẽ omnibus dare potest, à nullo accipere, & tamen in terras veniens legi se subdidit incredibili humilitatis exemplo. Quod in filio suspiciebat Mater, & imitari voluit. Legem tulerat summus Princeps de Purificatione fœminis cõmunem. Ab ea lege Augustam Matrẽ & Conjugem verbis clarissimis exemerat. Renunciat priuilegio Imperatrix, amore humilitatis sibi caræ, & filii imitandi studio, ac tandem, vt clientulis suis per orbẽ spar-

A lege Purificatione exempta B.V.

sis

Digitized by Google

sis humilitatis perfectissimæ specimen ederet imitandum IDEA PERFECTIONIS.

NOBIS, non sibi purificatur MARIA, optimi Sodales. Nos, nos purificatione egemus, quos ne quidem Oceanus, quamuis immensum, noto illo amplior, à scelerum sordibus, ablueret. Tibi purificatur ad exemplum, ac stimulum MARIA mater, qui superbię lepra infectus, auaritiæ luto immersus, luxuriæ cloaca fœdatus, nullam corporis, animæq; partem mundam retines. Tibi, non sibi purificatur MARIA, qui, vt sus semel lota in volutabro, quotidie nouis peccatorum maculis aspergeris: qui tanquam immundus canis, post

Indigens purificatione peccatores.

Digitized by Google

purgationem in confessione factam, redis ad vomitum: qui velut sordidum pecus, scelerum stercore delectaris. Non sibi: sed tibi purificatur, qui licet in Ecclesia linteatus, exterius purus videaris, interius tamen es plenus abominationibus. Qui haud secus, ac sepulcrum dealbatum, foris hominem refers sanctitate conspicuum; intus plenus es ossibus mortuorum. Qui, vt fimetum, niue aspersum, massa videris esse candida castitate, sed reuera in anima, massa es picea, fuligine luxurie deformata.

Ecclesiastici prana vita.

Non sibi, sed tibi purificatur, qui inter tuos digito mõstraris, vt ordinis sacrati dedecus: vt Ecclesiastici status peripse-

Digitized by Google

ri psema: vt vrbis, ob mores prauos, ludibrium.

Non sibi, sed tibi purificatur adolescenti, qui per leucam integram Germanicam fœtorem longe lateque omnis impuritatis disseminas. De cuius ebrietate quotidiana loquuntur in tonstrina, foro, circulis domesticis, an etiam in templo, & capitulo? De cuius fœditate oris narrantur fabulæ apud ociosos: an non etiam inter negociosos? an fors etiam apud religiosos? tam est publica, tam detestanda? De cuius scortationibus narrat, præter viciniam, tota quam ampla est regio, erubescunt domestici conclauis parietes: aues cœli execranda annunciant. De

Adolescens, Improbus.

Digitized by Google

cuius fescenninis iocis, quæ in ore Ecclesiasticorum sunt blasphemiæ: quid ergo dicam de ipsis blasphemiis? de iuramentis vtinam non & periuriis ad singulas pene periodos, per animam, Deum, Sacramenta, & mille mille cacodæmones: de diris & execrationibus, ac proprii alienique capitis deuotionibus, vbique spargitur, quia vbique notus, vt nobilis latro Barrabbas, quippe vbique infamis.

Nullus mundus à sorde.

DENIQVE, vt mitius aliquid proferam, & quod omnibus nobis conuenit. Non sibi, sed clientulis suis purificatur, qui licet non semper fœdissimis mortalium criminum maculis sint contaminati,

Digitized by Google

nati, nunquam tamen non leuium peccatorum circumferunt næuos, à quibus vt purgentur purificatione indigent. Hoc fine legem purificationis adimplere voluit MARIA. O bona Mater! in qua Nutriculam habemus, quæ dum cernit infantulum forbitiunculam faſtidioſe reiicere, ſorbet ipſa prius, vt paruulus imitetur. O bona Mater! quæ Ablactatricem exprimit, dum delicatulum puſionem à lacte ad ſolidiorem cibum, deguſtando aliquid proritat. O bona Mater! in qua gerulam agnoſcimus, quæ vt infantulo balbutienti ſermonem formet, Ipſa frangit verba ac balbutit. O bona Mater in qua Manuducatricem

Nutricula.

Ablactatrix.

Gerula.

Digitized by Google

Manuductrix. ctricem accepimus, quæ vt vacillanti puerulo greſſum formet, manu apprehenſum ducit, imo titubanti paſſu præit. O bona Mater, quæ *Medica.* Medicam ſe præſtat omnibus Galeni & Hippocratis pullis longe præſtantiorem & humaniorem. Videt ab ægris nobis, nauſea ad virtutis catapotia laborantibus, humilitatis bolum repelli, Ipſa primum ſumit, ori admouet, tranſmittit, patientem ad imitandum inuitat. O bona *Equiſonem.* Mater, in qua Equiſonem contemplor, qui vt diſcipulum, nouum equitem, ad curſum inaſſuetum, ac trepidantem incitet, ipſe caballum prius exſtimulat & impellit. *Pugil.* O bona Mater! in qua Pugilem

lem magistrum intueor, qui vt inexpertum, & in pugillatu tironem erudiat, primum ipse dissimulanter, sed artificiose ictum sustinet. O bona Mater! quæ glocientem Gallinam exprimit; paleas ac festucas solicite colligentem, vt pullos insequentes ad pabulum conquirendum aduocet, ac inuitet. O bona Mater, Aquila prouocans ad volandum filios suos.

Gallina glociens.

Aquila prouocãs.

IMITEMVR itaque Dominam & Patronam nostram. Non est necessarium nos aliunde exempla accersere, cum virtutum omnium Ideam, atque exemplar domi habeamus; Præclaram indolem imitationis ardor, semperque melior aliquis accendit. Me-

Imitanda Maria Mater.

Digitized by Google

liorem inter creaturas, quæ puræ dicuntur, DEIPARA nō reperiemus. Habeant ſuas, quas imitandas proponant profanæ gentes: Mineruam Athenienſes ad Sapientiam: Lucretiam Romani ad pudicitiam: Cererem Siculi ad vbertatem: Veſtam Tyrrheni ad caſtimoniam: Carmẽtam Hetruſci ad vaticinium: Themim Pelaſgi ad iuſtitiam: Fortunam Latini ad felicitatem: Bellonam Sarmatæ ad victoriam: Sibyllam Tiburtes ad diuinationem; Aliæ Dianam, Iunonem, Venerem; ad venationem, fœcunditatem, venuſtatem.

Minerua.
Lucretia.
Ceres.
Veſta.
Carmenta.
Themis.
Fortuna.
Bellona.
Sybilla.
Diana.
Iuno.
Venus.

Venerentur Hebræi Rebeccam ob pulchritudinem: Deboram ob magnitudinẽ; Berſa-

Rebecca.
Debora.
Berſabea.

Digitized by Google

Bersabeam ob prudentiã, Rahabam ob fidelitatem: Iuditham ob fortitudinem; Hesterem ob caritatem populi; Abigailem ob moderationẽ: nobis vna sit pro myriadibus Reginarum Regina, pulcherrima, animosissima, prudentissima, fidelissima, fortissima, suorum amantissima, moderatissima, purissima, PERFECTIONIS IDEA MARIA. Nã reuera nihil est candoris, nihil est splendoris, nihil est virtutis, quod non resplendeat in Virgine gloriosa.

Rab. *Esther.* *Abigail.*

Digitized by Google



Ex EVA fit AVE, plane est conversio simplex:
Quos EVA occidit, vivere fecit AVE.

Digitized by Google

ORATIO TERTIA
MARIA
PATRONA
Sodalium Partheni-corum.

Sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum.

Si Ros in solo Vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam, quod per manum meam liberabis Israel. Iudic. 6. 37.

Descendet, sicut Pluuia in Vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram. Psalmo 71. 6.

VELLVS GEDEONIS
O. P. N.

Dicta in festo Annunciationis.

SI quis hodie ad vos adueniret Orator, quem legatum

Digitized by Google

Legatus magnorũ Principum.

Philippi Hispaniarum.

tum vulgo dicimus, vel ab Hispaniarum Monarcha Philippo Rege Catholico, vt de manu tradito singulis *Aureo Vellere* in angustissimum Equitum illius celebratissimorum ordinem transcriptos pronunciaret: Vel à Gallorum Rege Christianissimo Ludouico, vt delato torque,

Ludouici Gallorum.

in illustrissimum D. Michaelis conchyliatorum Equitum Societatem admissos ēdiceret: Vel à Magno Melitensium, olim Rhodiorum; siue etiam Militiæ Ierosolymitanæ Theutonicorum Magistro, qui apportato, siue candidæ, siue rubræ Crucis signo, nobilissimæ illius congregationis vos socios factos proclamaret; quanta ille in

Magistri ordinis Melitensium.

Theutonicorum.

hoc

Digitized by Google

hoc vestro consessu beneuolæ voluntatis significatione, quam attentis animis, quam perpurgatis auribus, quo silentio: quasi insolentis rei ac minime sperati beneficii exspectatione: qua oris, totiusque vultus in Principum magnorum internuncium illum conuersione ab omnibus audiretur? quam læta perorantem exciperet admurmuratio? quam faustis inter dicendum acclamationibus proueheretur? quam bene ominatis votis descendentem prosequerentur? quæ consequeretur congratulatio inter nouos hos Equites, eatenus, magno numero, plebeios, aut paganos: cerdonum, ac agrestium filios aliquos: mox nobiles,

Excipitur cum plausu.

Digitized by Google

biles, generosos, illustres, mũdi decora: ex quisquiliis repente orta; non vna nocte, vt fungi nasci solent; sed tẽporis punctulo, ad solis iactum vnicum, vti gemmæ in conchis procreantur. Ita se momento pene de post fœtantes abreptum ad solium pastorculus Dauid mirabatur.

Ad insolitum inexspectatumque honorem aggratulatio.

PROFECTO id vobis si cõtingeret, sat scio, hærérent mutuo aspectu omnes, admirationis insolitæ voces emitterent, de tam præclara conditione sibi gratularẽtur, vix se caperent: munificentiam Principum indignitatẽ suam, alienum de se iudicium extollerent, expenderent, mirarentur. Hanc vobis esse mentem, idq; vos facturos si euentus

Digitized by Google

euentus prædictioni noſtræ reſponderet, ne quidem diſſimulare, hæc me dicente, potuiſtis: frons, oculi, vultus, quid lateat, prodiderunt: per haſce feneſtras vicini illi veſtri in abditos animorum receſſus perruperunt.

Sodales Deipara Aurei Velleris Equites.

ITA-ne Sodales? Legatum Principum, Summorum quidem, ſed tamen terrenorum, qui vos, aut *Velleris aurei*, aut cõchyliati ordinis, aut Melitenſis Sodalitii, aut Ieroſolymitanæ militiæ Equites, lectos ſcriptosque enunciaret, maneret, comitareturq; beneuolentiæ, ac voluntatis ad omne obſequium tãta promptitudo? Bene habet. Nihil amplius, quod poſſem tamen iure optimo à vobis requiro.

Huma-

Digitized by Google

Rom. 6. 19. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ.* Quemadmodum excipieretis à Rege terreno missum, ita me à cœlesti ad vos amandatum complectimini. Ac, ne de summa legationis anxios vos teneam: Ego, omnes, ac singulos; qui in Almæ Matris Sodalium numero nomen profitentur suum, VELLERIS AVREI, non à Iasone, cum sociis heroibus, per terræ marisq; discrimina in Colchide quæsiti, & Argonaui transportati (faceſſant Fabulæ, dum diuina commentamur) Sed à Gabriele in Nazarethicæ telluris area reperti, ac distillante desuper Diuinitatis rore cõpluti, ac fœcundati, EQVITES, non quidẽ facio, creoq;:

id

id noſtræ haud eſt humilitatis, ſeu vilitatis: ſed iã dudũ à Cœlorum Principe, cuius eſt hoc gratuitũ munus, factos, creatosque primus fortaſſe in hoc amplißimo tot, poſt Illuſtriſſimum, Illuſtrium virorum conſeſſu, dicam, pronunciabo, ſalutabo. Hoc legationis nobis mandatæ eſt caput. Cetera Orationis cymba ad vos deferet, ſi in aurium, mẽtiumque tranquillarum portu minime infidam ſtationẽ repererit. Amabo vos, Sodales integerrimi, laxate ſinus, & plenis ad vos decurrentem velis lubentes admittite.

Sed tu imprimis:

MARIA *Vellus aureum,*
Complutum rore cœlico,
Imple

Digitized by Google

Implecara tibi pectora
Cæli aureo liquore
O vellus Gedeonis.

Gedeoni apparet Angelus. Iud. 6.

NON ambigo legisse è vobis multos in sacro Bibliorum codice, quod est Iudicum 6. Gedeoni, qui deinde reipublicæ Hebrææ fuit moderator, vel Consul, Iudicem vocabant illi, purganti ab aceribus, sordibusque frumentum apparuisse Angelum, territo robur addidisse: eundem ad delendum Madian animasse. Cum autem Gedeon numerosum conscripsisset exercitum vt fidem suam augeret, alacritatemq; excitaret, duo in re vna prodigia postulauit. Primum, vt expanso in area vellere, & nocturni temporis humidum excipiente, ita ros lanam

lanam madefaceret, vt nulla propinqui loci particula madesceret. Alterum priori oppositum: vt circumpositus locus *rore* vndequaq; perpluueretur, arido manente vellere. Ad vtrumque annuit DEVS: vtrumq; fieri voluit: factumq; tam prolixe vt è rorulento illo *Vellere* roris tantum postridie mane expresserit Gedeon, quantum capaci adimplendæ phialæ satis esset.

HÆC figuram continere eius Sacramenti, quod hodierno die, humanato in aluo Virginea verbo diuino, signatum est ac peractum, tam certum esse debet, quam de eo addubitare est temerarium: tum ob testium multitudinē, quæ

Descendet sicut pluuia Vellus.

Digitized by Google

quæ si vllibi, hic sanc est perquam densa.

Siquidem in *Gedeonis Vellere* Incarnationis dominicæ mysterium agnoscunt Græci æque ac Latini Patres magno numero, Origines *a*, Chrysostomus *b*, Ephrem *c*, Procopius, Proclus, Bernardus, Hieronymus, Ambrosius. Tum ob communem Ecclesiæ sensum, consensum piorũ. Notum est illud, ac decantatum in odis Ecclesiasticis. *Quando natus es ineffabiliter ex Virgine tum impletæ sunt Scripturæ: sicut pluuia in* Vellus *descendisti vt saluum faceres genus humanum.*

Auctores huius Symboli.

a Ps. 71.
b Ibid.
c Tom. 3. p. 207.
Bern ser. 2 super Missus.
S. Hiero. Epith. Paul.
Basil. Or. de Iacar.
V. Damas. de Dormit. B.V.
Theodoret.
Euthym.
Ruffin.
Arnobius.
Cassiodor. in Psal.
Sophron. Or. de Ass Procl.

PROFECTO, tempus, personæ & tota tanti negocii sub-

sumpt. Nicet. Or. 39. Naz. Cyril. Iero. Catech 12. Or. de Nat. B.V. Athan. Q. vls. ad Antio.

Digitized by Google

substantia, cum suis circumstantiis, *Vellus*, *Rorem*, *Pluuiam* mihi ingerunt. Vernum tempus, Annunciationis Incarnationisque arcano destinauit temporum auctor. Cum autem multas amœni veris descriptiones apud Poetas legerim in hac re luxuriantes: nullam tamen inueni vt ingenue fatear, magis aptã, floridamque, illa, quam diuinus Vates adinuenit, protulitque dum harmonico concentu, suauissime per elegantissimas similitudines, Messiæ aduentum, summique Regis imperium concineret: *Descendet*, vt est in sacro carmine, *sicut pluuia* (seu ros) *in Vellus: & sicut stillicidia stillantia super terrã*. Quod gemina similitudine Latine dice-

Incarnationi vernum tempus destinatum.

Digitized by Google

dicerem: Erit ſpecies venturi Regis, vt primi Veris: hoc eſt: ita cunctos placidiſſimo ſuo recreabit aſpectu, ita exhilarabit afflatu, ita exſaturabit influxu, vt tempeſtiuitas illa, quæ areſcẽtem glebam, blando ſuper infuſo rore, fœcundare conſueuit: Imo, ipſe erit fœcundus ille Ros, ipſe verna pluuia, ipſe maialis imber vere aureus, qui ſe terræ gremio, olim maledictæ, nunc benedicendæ ſuperinfundet: Certe per VELLVS in hoc cantico intelligunt Sacri Commẽtatores terræ ſuperficiem verno tempore herbeſcentem, & graminum florumque variegatione mira *Velleris* variegati figuram exhibentem. Et eſt ſane muſcoſum telluris tegmẽn, terræ Vellus. ME

Digitized by Google

ME quoq; ad aliud quoddam *Vellus* hæc temporis circumstantia perduxit. Norunt plerique vestrum, Astrologis, iam olim haud sat fuisse, vel domi, vel in villa aut syluis animalium greges alere, & in lucis venari: tentasse eosdem in amplissimis cœlorum pascuis caulas, ferarumque domicilia cõdere. Verum, cum in corpore generationis corruptionisque experte, neque mortale vllum viuens reperiatur, neque eo humeris, aut vehiculo trãsferri possit quippiam, à quo progenies speretur, subtili contemplationis aut imaginationis seu fictionis commento, ferarum, aliorumque animalium species solum, ideoque immortales

Astrologorum fictio in cælu animalia constituentium.

Dorsualibus hostiis.

Carrucis.

Digitized by Google

inuexisse in illam superûm regionem.

Aries primum in Zodiaco signũ.

AT ingenioſe factum, vel fictum fabre, vt dux gregis cornutus ſit *Aries*. Hic primus occurrit in ſignifero, ferarumq; capaciſſimo cœlorum campo: animal nulla re magis, quam aurato, micantique (vnde tantus in mundo ſublunari ſplendor) vellere viſendum. In hoc ſiderum princeps Sol dum adſumpto iterum radiorum diademate, quod ſæuiente bruma depoſuiſſe videri poterat, vel diſcurrit, vel nidulatur, ſquallẽtem hactenus, ac pene mortuam telluris faciem reuocat, & reſuſcitat quodammodo: Steriles eatenus agrorum ſinus miſſo peropportuno roris humore.

Digitized by Google

humore fœcundat: herbas euocat; omnia nouo quodam virore decoreque opulentat. Hinc rediuiua, velut, post occasum hiemalem mundi species. Hoc tempore,

Aurato princeps Aries dum in Vellere fulgens, Manil. Lib. 2.
Respicit admirans aduersum surgere taurum,
Submisso vultu geminos, & fronte vocantem Hor. 1. car. Od. 4
Soluitur acris hyems grata vice Veris & Fauoni
Diffugere niues, redeunt iam gramina campis,
Arboribusq; comæ.---
Mutat terra vices & decrescentia ripas Lib. 3. car. Od. 9.
Flumina prætereunt.
Iam ver egelidos refert tepores, Catul.
Iam cœli furor æquinoctialis

Digitized by Google


inuexilleim
gionem.
At ingeniose factum, vel
fictum fabrè, vt dux gregis
cornurus sit Aries. Hic primus
Occurrit in signifero
rumq; cæ
campo
gis, quam
(vnde
lunari
fendum.
ceps
rum
qu
fui
tua
&
Aries primus in Zodiaco signū.
Digitized by Google



Ex EVA fit AVE, plane est conversio simplex:
Quos EVA occidit, vivere fecit AVE.

Digitized by Google

ORATIO TERTIA

MARIA PATRONA *Sodalium Partheni-corum.*

Sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum.

Si Ros in solo Vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam, quod per manum meam liberabis Israel. Iudic. 6. 37.

Descendet, sicut Pluuia in Vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram. Psalmo 71. 6.

VELLVS GEDEONIS *O. P. N.*

Dicta in festo Annunciationis.

SI quis hodie ad vos adueniret Orator, quem legatum

Digitized by Google

Legatus magnorũ Principum.

tum vulgo dicimus, vel ab Hiſpaniarum Monarcha Philippo Rege Catholico, vt de manu tradito ſingulis *Aureo Vellere* in anguſtiſſimum Equitum illius celebratiſſimorum ordinem tranſcriptos pronunciaret: Vel à Gallorum Rege Chriſtianiſſimo Ludouico, vt delato torque, in illuſtriſſimum D. Michaelis conchyliatorum Equitum Societatem admiſſos ediceret: Vel à Magno Melitenſium, olim Rhodiorum; ſiue etiam Militiæ Ieroſolymitanæ Theutonicorum Magiſtro, qui apportato, ſiue candidæ, ſiue rubræ Crucis ſigno, nobiliſſimæ illius congregationis vos ſocios factos proclamaret; quanta ille in hoc

Philippi Hiſpaniarum.

Ludouici Gallorum.

Magiſtri ordinis Melitenſium.

Theutonicorum.

Digitized by Google

hoc veſtro conſeſſu beneuolæ voluntatis ſignificatione, quam attentis animis, quam perpurgatis auribus, quo ſilentio: quaſi inſolentis rei ac minime ſperati beneficii exſpectatione: qua oris, totiusque vultus in Principum magnorum internuncium illum conuerſione ab omnibus audiretur? quam læta perorantem exciperet admurmuratio? quam fauſtis inter dicendum acclamationibus proueheretur? quam bene ominatis votis deſcendentem proſequerentur? quæ conſequeretur congratulatio inter nouos hos Equites, eatenus, magno numero, plebeios, aut paganos: cerdonum, ac agreſtium filios aliquos: mox nobiles,

Excipitur cum plauſu.

Digitized by Google

fecerat gratia, ſed ſub lege Humilitas, inquit accommodatiſſime Propatriarcha Venetus Laurentius Iuſtinianus.

Quod purgari ſolcat. *Emaculari.* *Detergi.*

VENERANDA Mater, purificari non ſolet, niſi quod impurum; emaculari, niſi fœdatum; detergi, niſi quod infectum; ablui, niſi quod ſordidum. Quid autem impuri in puritatis ſcaturigine, quid fœdum in candore, quid infectum in luce, quid ſordidum in munditia reperiri poterit, vel cogitari? Peccati impuritatem neſcit, cui nullus vel domeſtici, vel extranei: natalitii vel actualis criminis næuus adhæſit. Naturæ in partu impuritatem ignorat, quæ concepit Virgo, peperit Virgo,

In Deipara nihil iſtiusmodi.

Peccati impuritas.

Naturæ impuritas.

Digitized by Google

go, manſit poſt partum Virgo. E cuius vtero Chriſtus, vti ſponſus de thalamo proceſſit: vt vnda potabilis è ſilice proſiliit: vt vltro maturus ab arbore baiula ſine vellicatione fructus decidit: vt ſolaris radius pellucidam criſtallum trāſiit: vt roris guttula ex vtero auroræ ſtillauit. Cuius fœtus ita eſt ex aluo perpurgatiſſima egreſſus, ſicut per aurem fuerat ſine læſione ingreſſus. Qui impatibiliter fuit illapſus, impatibiliter eſt elapſus. Quæ, *antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius peperit maſculum*, vt eſt Iſaiæ 66. hoc eſt, cum nullæ ærumnæ parturientium, nulli dolores præceſſiſſent, peperit repente ſanum perfectumque

Beda. Ambroſ. in Luc. Cypr. ſer. de nat. cap. 2. Proclus Cyzicen. in Con. Epheſ.

Digitized by Google

dumque virum. Ad quid ergo Purificatio? quid legi pareret, quæ legis vinculis non adstringitur? quæ legis Dominum peperit? quæ est supra legem, à legislatore excepta?

Legi pareret Christus.

NIMIRVM, nouo exemplo, legi parebat, qui legem condidit. Mater respiciebat filium, quem vlnis gestabat, qui legi Mosaicæ minime adstrictus, legi obtemperabat. Non audiuistis toties hisce natalitiorum diebus: *Cuius principatus super humerum eius.* *Isai.9. 6.* Quod præconium est Isaiæ Prophetæ puerulo Emmanueli datum. Illud ita exprimit Chaldæus: *Suscepit legem supra se, vt seruaret eam.* Siquidem, Boni Principis est, legem seruare, quam populo seruandam

uandam proponit, imponitque, & imperium ſuum, quod aliis promulgat ſuper humerum ferre. Deteſtandum eſt illud Iuliæ Auguſtæ dictum, ad ſcelus priuignum inuitis; *Licet, ſi libet: addentisque; An neſcis, te Imperatorem* eſſe, & leges dare, non accipere? Verius illud, ac pulchrius: *Minimum decet libere, cui nimium licet.* Et iſtud Theodoſii ac Valentiniani optimorum Imperatorum: *Digna vox eſt maieſtate regnantis; legibus alligatum ſe Principem profiteri.* Non eſt Princeps ſupra leges: ſed leges ſupra Principem, animoſe in Panegyrico magno Principi dicebat Plinius orator. Et Ambroſius Imperatori; *Quod præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti etiam*

Spartianus. Caracal.

Sen. Troad.

Leg. Digna Cod. de legibus.

Epiſt. 32. ad Valentin.

Digitized by Google

iam tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipse custodiat.

Deus nulli legi subiectus.

SED hæc homines spectãt, qui legibus duci debent, & labi possunt, quoniam sibi non sunt lex. DEVS supra omnem est legem: qui legẽ omnibus dare potest, à nullo accipere, & tamen in terras veniens legi se subdidit incredibili humilitatis exemplo. Quod in filio suspiciebat Mater, & imitari voluit. Legem tulerat summus Princeps de Purificatione fœminis cõmunem. Ab ea lege Augustam Matrẽ & Coniugem verbis clarissimis exemerat. Renunciat priuilegio Imperatrix, amore humilitatis sibi caræ, & filii imitandi studio, ac tandem, vt clientulis suis per orbẽ spar-

A lege Purificatione exempta B.V.

sis

Digitized by Google

sis humilitatis perfectissimæ specimen ederet imitandum IDEA PERFECTIONIS.

NOBIS, non sibi purificatur MARIA, optimi Sodales. Nos, nos purificatione egemus, quos ne quidem Oceanus, quamuis immensum, noto illo amplior, à scelerum sordibus, ablueret. Tibi purificatur ad exemplum, ac stimulum MARIA mater, qui superbiæ lepra infectus, auaritiæ luto immersus, luxuriæ cloaca fœdatus, nullam corporis, animæq; partem mundam retines. Tibi, non sibi purificatur MARIA, qui, vt ius semel lota in volutabro, quotidie nouis peccatorum maculis aspergeris: qui tanquam immundus canis, post

Indigent purificatione peccatores.

Digitized by Google

purgationem in confessione factam, redis ad vomitum: qui velut sordidum pecus, scelerum stercore delectaris. Non sibi: sed tibi purificatur, qui licet in Ecclesia linteatus, exterius purus videaris, interius tamen es plenus abominationibus. Qui haud secus, ac sepulcrum dealbatum, foris hominem refers sanctitate conspicuum; intus plenus es ossibus mortuorum. Qui, vt fimetum, niue aspersum, massa videris esse candida castitate, sed reuera in anima, massa es picea, fuligine luxurie deformata.

Ecclesiastici prana vita.

Non sibi, sed tibi purificatur, qui inter tuos digito mõstraris, vt ordinis sacrati dedecus: vt Ecclesiastici status pe-

ripse-

Digitized by Google

ripsema: vt vrbis, ob mores prauos, ludibrium.

Non sibi, sed tibi purificatur adolescenti, qui per leucam integram Germanicam fœtorem longe lateque omnis impuritatis disseminas. De cuius ebrietate quotidiana loquuntur in tonstrina, foro, circulis domesticis, an etiam in templo, & capitulo? De cuius fœditate oris narrantur fabulæ apud ociosos: an non etiam inter negociosos? an fors etiam apud religiosos? tam est publica, tam detestanda? De cuius scortationibus narrat, præter viciniam, tota quam ampla est regio, erubescunt domestici conclauis parietes: aues cœli execranda annunciant. De

Adolescens, Improbus.

Digitized by Google

cuius feſcenninis iocis, quæ in ore Eccleſiaſticorum ſunt blaſphemiæ: quid ergo dicam de ipſis blaſphemiis? de iuramentis vtinam non & periuriis ad ſingulas pene periodos, per animam, Deum, Sacramenta, & mille mille cacodæmones: de diris & execrationibus, ac proprii alienique capitis deuotionibus, vbique ſpargitur, quia vbique notus, vt nobilis latro Barrabbas, quippe vbique infamis.

Nullus mundus à ſorde.

DENIQVE, vt mitius aliquid proferam, & quod omnibus nobis conuenit. Non ſibi, ſed clientulis ſuis purificatur, qui licet non ſemper fœdiſſimis mortalium criminum maculis ſint contaminati,

Digitized by Google

nati, nunquam tamen non leuium peccatorum circumferunt næuos, à quibus vt purgentur purificatione indigent. Hoc fine legem purificationis adimplere voluit MARIA. O bona Mater! in qua Nutriculam habemus, quæ dum cernit infantulum forbitiunculam faſtidioſe reiicere, ſorbet ipſa prius, vt paruulus imitetur. O bona Mater! quæ Ablactatricem exprimit, dum delicatulum puſionem à lacte ad ſolidiorem cibum, deguſtando aliquid proritat. O bona Mater! in qua gerulam agnoſcimus, quæ vt infantulo balbutienti ſermonem formet, Ipſa frangit verba ac balbutit. O bona Mater in qua Manuductricem

Nutricula.

Ablactatrix.

Gerula.

Digitized by Google

Manuductrix. ctricem accepimus, quæ vt vacillanti puerulo greſſum formet, manu apprehenſum ducit, imo titubanti paſſu præit. O bona Mater, quæ *Medica.* Medicam ſe præſtat omnibus Galeni & Hippocratis pullis longe præſtantiorem & humaniorem. Videt ab ægris nobis, nauſea ad virtutis catapotia laborantibus, humilitatis bolum repelli, Ipſa primum ſumit, ori admouet, tranſmittit, patientem ad imitandum inuitat. O bona *Equiſonem.* Mater, in qua Equiſonem contemplor, qui vt diſcipulum, nouum equitem, ad curſum inaſſuetum, ac trepidantem incitet, ipſe caballum prius exſtimulat & impellit. *Pugil.* O bona Mater! in qua Pugilem

lem magistrum intueor, qui vt inexpertum, & in pugillatu tironem erudiat, primum ipse dissimulanter, sed artificiose ictum sustinet. O bona Mater! quæ glocientem Gallinam exprimit; paleas ac festucas solicite colligentem, vt pullos insequentes ad pabulum conquirendum aduocet, ac inuitet. O bona Mater, Aquila prouocans ad volandum filios suos.

Gallina glociens.

Aquila prouocãs.

IMITEMVR itaque Dominam & Patronam nostram. Non est necessarium nos aliunde exempla accersere, cum virtutum omnium Ideam, atque exemplar domi habeamus; Præclaram indolem imitationis ardor, semperque melior aliquis accendit. Me-

Imitanda Maria Mater.

Digitized by Google

liorem inter creaturas, quæ puræ dicuntur, DEIPARA nō reperiemus. Habeant ſuas, quas imitandas proponant profanæ gentes: Mineruam Athenienſes ad Sapientiam: Lucretiam Romani ad pudicitiam: Cererem Siculi ad vbertatem: Veſtam Tyrrheni ad caſtimoniam: Carmētam Hetruſci ad vaticinium: Themim Pelaſgi ad iuſtitiam: Fortunam Latini ad felicitatem: Bellonam Sarmatæ ad victoriam: Sibyllam Tiburtes ad diuinationem; Aliæ Dianam, Iunonem, Venerem; ad venationem, fœcunditatem, venuſtatem.

Minerua.
Lucretia.
Ceres.
Veſta.
Carmenta.
Themis.
Fortuna.
Bellona.
Sybilla.
Diana.
Inno.
Venus.

Venerentur Hebræi Rebeccam ob pulchritudinem: Deboram ob magnitudinē; Berſa-

Rebecca.
Debora.
Berſabea.

Digitized by Google

Berſabeam ob prudentiã, Rahabam ob fidelitatem: Iuditham ob fortitudinem; Heſterem ob caritatem populi; Abigailem ob moderationẽ: nobis vna ſit pro myriadibus Reginarum Regina, pulcherrima, animoſiſſima, prudentiſſima, fideliſſima, fortiſſima, ſuorum amantiſſima, moderatiſſima, puriſſima, PERFECTIONIS IDEA MARIA. Nã reuera nihil eſt candoris, nihil eſt ſplendoris, nihil eſt virtutis, quod non reſplendeat in Virgine gloriosa.

Rab. *Eſther.* *Abigail.*

Digitized by Google



Ex EVA fit AVE, plane eſt converſio ſimplex:
Quos EVA occidit, vivere fecit AVE.

Digitized by Google

ORATIO TERTIA

MARIA PATRONA *Sodalium Partheni-corum.*

Sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum.

Si Ros in solo Vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam, quod per manum meam liberabis Israel. Iudic. 6. 37.

Descendet, sicut Pluuia in Vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram. Psalmo 71. 6.

VELLVS GEDEONIS *O. P. N.*

Dicta in festo Annunciationis.

SI quis hodie ad vos adueniret Orator, quem legatum

Digitized by Google

Legatus magnorũ Principum.

Philippi Hispaniarum.

tum vulgo dicimus, vel ab Hispaniarum Monarcha Philippo Rege Catholico, vt de manu tradito singulis *Aureo Vellere* in angustissimum Equitum illius celebratissimorum ordinem transcriptos pronunciaret: Vel à Gallorum Rege Christianissimo Ludouico, vt delato torque,

Ludouici Gallorum.

in illustrissimum D. Michaelis conchyliatorum Equitum Societatem admissos ēdiceret: Vel à Magno Melitensium, olim Rhodiorum; siue etiam Militiæ Ierosolymitanæ Theutonicorum Magistro, qui apportato, siue candidæ, siue rubræ Crucis signo, nobilissimæ illius congregationis vos socios factos proclamaret; quanta ille in

Magistri ordinis Melitensium.

Theutonicorum.

hoc

Digitized by Google

hoc veſtro conſeſſu beneuolæ voluntatis ſignificatione, quam attentis animis, quam perpurgatis auribus, quo ſilentio: quaſi inſolentis rei ac minime ſperati beneficii exſpectatione: qua oris, totiusque vultus in Principum magnorum internuncium illum conuerſione ab omnibus audiretur? quam læta perorantem exciperet admurmuratio? quam fauſtis inter dicendum acclamationibus proueheretur? quam bene ominatis votis deſcendentem proſequerentur? quæ conſequeretur congratulatio inter nouos hos Equites, eatenus, magno numero, plebeios, aut paganos: cerdonum, ac agreſtium filios aliquos: mox nobiles, *Excipitur cum plauſu.*

Digitized by Google

biles, generosos, illustres, mũdi decora: ex quisquiliis repente orta; non vna nocte, vt fungi nasci solent; sed tẽporis punctulo, ad solis iactum vnicum, vti gemmæ in conchis procreantur. Ita se momento pene de post fœtantes abreptum ad solium pastorculus Dauid mirabatur.

Ad insolitum inexspectatumque honorem aggratulatio.

PROFECTO id vobis si cõtingeret, sat scio, hærerent mutuo aspectu omnes, admirationis insolitæ voces emitterent, de tam præclara conditione sibi gratularẽtur, vix se caperent: munificentiam Principum indignitatẽ suam, alienum de se iudicium extollerent, expenderent, mirarentur. Hanc vobis esse mentem, idq; vos facturos si euentus

Digitized by Google

euentus prædictioni noſtræ reſponderet, ne quidem diſſimulare, hæc me dicente, potuiſtis: frons, oculi, vultus, quid lateat, prodiderunt: per haſce feneſtras vicini illi veſtri in abditos animorum receſſus perruperunt.

ITA-ne Sodales? Legatum Principum, Summorum quidem, ſed tamen terrenorum, qui vos, aut *Velleris aurei*, aut cõchyliati ordinis, aut Melitenſis Sodalitii, aut Ieroſolymitanæ militiæ Equites, lectos ſcriptosque enunciaret, maneret, comitareturq; beneuolentiæ, ac voluntatis ad omne obſequium tãta promptitudo? Bene habet. Nihil amplius, quod poſſem tamen iure optimo à vobis requiro. *Huma-*

Sodales Deiparæ Aurei Velleris Equites.

Digitized by Google

Rom. 6. 19. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ.* Quemadmodum excipieretis à Rege terreno missum, ita me à cœlesti ad vos amandatum complectimini. Ac, ne de summa legationis anxios vos teneam: Ego, omnes, ac singulos; qui in Almæ Matris Sodalium numero nomen profitentur suum, VELLERIS AVREI, non à Iasone, cum sociis heroibus, per terræ marisq; discrimina in Colchide quæsiti, & Argonaui transportati (faceſſant Fabulæ, dum diuina commentamur) Sed à Gabriele in Nazarethicæ telluris area reperti, ac distillante desuper Diuinitatis rore cõpluti, ac fœcundati, EQVITES, non quidẽ facio, creoq;: id

id noſtræ haud eſt humilitatis, ſeu vilitatis: ſed iã dudũ à Cœlorum Principe, cuius eſt hoc gratuitũ munus, factos, creatosque primus fortaſſe in hoc amplißimo tot, poſt Illuſtriſſimum, Illuſtrium virorum conſeſſu, dicam, pronunciabo, ſalutabo. Hoc legationis nobis mandatæ eſt caput. Cetera Orationis cymba ad vos deferet, ſi in aurium, mẽtiumque tranquillarum portu minime infidam ſtationẽ repererit. Amabo vos, Sodales integerrimi, laxate ſinus, & plenis ad vos decurrentem velis lubentes admittite.

Sed tu imprimis:

MARIA *Vellus aureum,*
Complutum rore cœlico,
Imple

Digitized by Google

Implecara tibi pectora
Cæli aureo liquore
O vellus Gedeonis.

Gedeoni apparet Angelus. Iud. 6.

NON ambigo legisse è vobis multos in sacro Bibliorum codice, quod est Iudicum 6. Gedeoni, qui deinde reipublicæ Hebrææ fuit moderator, vel Consul, Iudicem vocabant illi, purganti ab aceribus, sordibusque frumentum apparuisse Angelum, territo robur addidisse: eundem ad delendum Madian animasse. Cum autem Gedeon numerosum conscripsisset exercitum vt fidem suam augeret, alacritatemq; excitaret, duo in re vna prodigia postulauit. Primum, vt expanso in area vellere, & nocturni temporis humidum excipiente, ita ros lanam

Digitized by Google

lanam madefaceret, vt nulla propinqui loci particula madesceret. Alterum priori oppositum: vt circumpositus locus *rore* vndequaq; perlueretur, arido manente vellere. Ad vtrumque annuit DEVS: vtrumq; fieri voluit: factumq; tam prolixe vt è rorulento illo *Vellere* roris tantum postridie mane expresserit Gedeon, quantum capaci adimplendæ phialæ satis esset.

HÆC figuram continere eius Sacramenti, quod hodierno die, humanato in aluo Virginea verbo diuino, signatum est ac peractum, tam certum esse debet, quam de eo addubitare est temerarium: tum ob testium multitudinē, quæ

Descendet sicut pluuia Vellus.

Digitized by Google

quæ si vllibi, hic sanc est perquam densa.

Siquidem in *Gedeonis Vellere* Incarnationis dominicæ mysterium agnoscunt Græci æque ac Latini Patres magno numero, Origines *a*, Chrysostomus *b*, Ephrem *c*, Procopius, Proclus, Bernardus, Hieronymus, Ambrosius. Tum ob communem Ecclesiæ sensum, consensum piorũ. Notum est illud, ac decantatum in odis Ecclesiasticis. *Quando natus es ineffabiliter ex Virgine tum impletæ sunt Scripturæ: sicut pluuia in* Vellus *descendisti vt saluum faceres genus humanum.*

Auctores huius Symboli.

a Ps. 71.
b ibid.
c Tom. 3. p. 207.
Bern ser. 2 super Missus.
S. Hiero. Epitha. Paul.
Basil. Or. de Incar. V.
Damas. de Dormit. B.V.
Theodoret.
Euthym.
Ruffin.
Arnobius.
Cassiodor. in Psal.
Sophron.
Or. de Ass Proel.

PROFECTO, tempus, personæ & tota tanti negocii sub-

sumpt. Nicet. Or. 39. Naz. Cyril. Iero. Catech 12. Or. de Nat. B.V. Athan. Q. vlt. ad Antio.

Digitized by Google

substantia, cum suis circumstantiis, *Vellus*, *Rorem*, *Pluuiam* mihi ingerunt. Vernum tempus, Annunciationis Incarnationisque arcano destinauit temporum auctor. Cum autem multas amœni veris descriptiones apud Poetas legerim in hac re luxuriantes: nullam tamen inueni vt ingenue fatear, magis aptã, floridamque, illa, quam diuinus Vates adinuenit, protulitque dum harmonico concentu, suauissime per elegantissimas similitudines, Messiæ aduentum, summique Regis imperium concineret: *Descendet*, vt est in sacro carmine, *sicut pluuia* (seu ros) *in Vellus: & sicut stillicidia stillantia super terrã.* Quod gemina similitudine Latine dice-

Incarnationi vernum tempus destinatum.

Digitized by Google

biles, generosos, illustres, mũdi decora: ex quisquiliis repente orta; non vna nocte, vt fungi nasci solent; sed tẽporis punctulo, ad solis iactum vnicum, vti gemmæ in conchis procreantur. Ita se momento pene de post fœtantes abreptum ad solium pastorculus Dauid mirabatur.

Ad insolitum inexspectatumque honorem aggratulatio.

PROFECTO id vobis si cõtingeret, sat scio, hærérent mutuo aspectu omnes, admirationis insolitæ voces emitterent, de tam præclara conditione sibi gratularẽtur, vix se caperent: munificentiam Principum indignitatẽ suam, alienum de se iudicium extollerent, expenderent, mirarentur. Hanc vobis esse mentem, idq; vos facturos si euentus

Digitized by Google

euentus prædictioni noſtræ reſponderet, ne quidem diſſimulare, hæc me dicente, potuiſtis: frons, oculi, vultus, quid lateat, prodiderunt: per haſce feneſtras vicini illi veſtri in abditos animorum receſſus perruperunt.

ITA-ne Sodales? Legatum Principum, Summorum quidem, ſed tamen terrenorum, qui vos, aut *Velleris aurei*, aut cõchyliati ordinis, aut Melitenſis Sodalitii, aut Ieroſolymitanæ militiæ Equites, lectos ſcriptosque enunciaret, maneret, comitareturq; beneuolentiæ, ac voluntatis ad omne obſequium tãta promptitudo? Bene habet. Nihil amplius, quod poſſem tamen iure optimo à vobis requiro.

Sodales Deiparæ Aurei Velleris Equites.

Humа-

Digitized by Google

Rom. 6. 19. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ.* Quemadmodum exciperetis à Rege terreno missum, ita me à cœlesti ad vos amandatum complectimini. Ac, ne de summa legationis anxios vos teneam: Ego, omnes, ac singulos; qui in Almæ Matris Sodalium numero nomen profitentur suum, VELLERIS AVREI, non à Iasone, cum sociis heroibus, per terræ marisq; discrimina in Colchide quæsiti, & Argonaui transportati (faceſſant Fabulæ, dum diuina commentamur) Sed à Gabriele in Nazarethicæ telluris area reperti, ac distillante desuper Diuinitatis rore cõpluti, ac fœcundati, EQVITES, non quidẽ facio, creoq;: id

id noſtræ haud eſt humilitatis, ſeu vilitatis: ſed iã dudũ à Cœlorum Principe, cuius eſt hoc gratuitũ munus, factos, creatosque primus fortaſſe in hoc amplißimo tot, poſt Illuſtriſſimum, Illuſtrium virorum conſeſſu, dicam, pronunciabo, ſalutabo. Hoc legationis nobis mandatæ eſt caput. Cetera Orationis cymba ad vos deferet, ſi in aurium, mẽtiumque tranquillarum portu minime infidam ſtationẽ repererit. Amabo vos, Sodales integerrimi, laxate ſinus, & plenis ad vos decurrentem velis lubentes admittite.

Sed tu imprimis:

MARIA *Vellus aureum,*
Complutum rore cœlico,
Imple

Digitized by Google

Implecara tibi pectora
Cæli aureo liquore
O vellus Gedeonis.

Gedeoni apparet Angelus. Iud. 6.

NON ambigo legisse è vobis multos in sacro Bibliorum codice, quod est Iudicum 6. Gedeoni, qui deinde reipublicæ Hebrææ fuit moderator, vel Consul, Iudicem vocabant illi, purganti abaceribus, sordibusque frumentum apparuisse Angelum, territo robur addidisse: eundem ad delendum Madian animasse. Cum autem Gedeon numerosum conscripsisset exercitum vt fidem suam augeret, alacritatemq; excitaret, duo in re vna prodigia postulauit. Primum, vt expanso in area vellere, & nocturni temporis humidum excipiente, ita ros lanam

lanam madefaceret, vt nulla propinqui loci particula madesceret. Alterum priori oppositum: vt circumpositus locus *rore* vndequaq; perlueretur, arido manente vellere. Ad vtrumque annuit DEVS: vtrumq; fieri voluit: factumq; tam prolixe vt è rorulento illo *Vellere* roris tantum postridie mane expresserit Gedeon, quantum capaci adimplendæ phialæ satis esset.

Descendet sicut pluuia Vellus.

HÆC figuram continere eius Sacramenti, quod hodierno die, humanato in aluo Virginea verbo diuino, signatum est ac peractum, tam certum esse debet, quam de eo addubitare est temerarium: tum ob testium multitudinē, quæ

quæ si vllibi, hic sanc est perquam densa.

Siquidem in *Gedeonis Vellere* Incarnationis dominicæ mysterium agnoscunt Græci æque ac Latini Patres magno numero, Origines *a*, Chrysostomus *b*, Ephrem *c*, Procopius, Proclus, Bernardus, Hieronymus, Ambrosius. Tum ob communem Ecclesiæ sensum, consensum piorũ. Notum est illud, ac decantatum in odis Ecclesiasticis. *Quando natus es ineffabiliter ex Virgine tum impletæ sunt Scripturæ: sicut pluuia in* Vellus *descendisti vt saluum faceres genus humanum.*

Auctores huius Symboli.

a Ps. 71.
b Ibid.
c Tom. 3. p. 207.
Bern ser. 2 super Missus.
S. Hiero. Epitha.
Paul. Basil. Or. de Incar.
V. Damas. de Dormit. B.V.
Theodoret.
Euthym.
Ruffin.
Arnobius.
Cassiodor. in Psal.
Sophron.
Or. de Ass sumpt. Nicet. Or. 39. Naz. Cyril. Iero. Catech 12.
Proc. Or. de Nat. B.V. Athan. Q. vlt. ad Antio.

PROFECTO, tempus, personæ & tota tanti negocii sub-

Digitized by Google

Incarnationi vernum tempus destinatum.

ſubſtantia, cum ſuis circumſtantiis, *Vellus*, *Rorem*, *Pluuiam* mihi ingerunt. Vernum tempus, Annunciationis Incarnationisque arcano deſtinauit temporum auctor. Cum autem multas amœni veris deſcriptiones apud Poetas legerim in hac re luxuriantes: nullam tamen inueni vt ingenue fatear, magis aptã, floridamque, illa, quam diuinus Vates adinuenit, protulitque dum harmonico concentu, ſuauiſſime per elegantiſſimas ſimilitudines, Meſſiæ aduentum, ſummique Regis imperium concineret: *Deſcendet*, vt eſt in ſacro carmine, *ſicut pluuia* (ſeu ros) *in Vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã.* Quod gemina ſimilitudine Latine dice-

Digitized by Google

quæ si vllibi, hic sanc est perquam densa.

Siquidem in *Gedeonis Vellere* Incarnationis dominicæ mysterium agnoscunt Græci æque ac Latini Patres magno numero, Origines *a*, Chrysostomus *b*, Ephrem *c*, Procopius, Proclus, Bernardus, Hieronymus, Ambrosius. Tum ob communem Ecclesiæ sensum, consensum piorũ. Notum est illud, ac decantatum in odis Ecclesiasticis. *Quando natus es ineffabiliter ex Virgine tum impletæ sunt Scripturæ: sicut pluuia in* Vellus *descendisti vt saluum faceres genus humanum.*

Auctores huius Symboli.

a Ps. 71.
b ibid.
c Tom. 3. p. 207.
Bern ser. 2 super Missus.
S. Hiero. Epitha.
Paul. Basil. Or. de Incar.
V. Damas. de Dormit. B.V.
Theodoret. Euthym. Ruffin. Arnobius. Cassiodor. in Psal. Sophron. Or. de Ass Proel.

PROFECTO, tempus, personæ & tota tanti negocii sub-

sumpt. Nicet. Or. 39. Naz. Cyril. Iero. Catech 12. Or. de Nat. B.V. Athan. Q. vlt. ad Antio.

Digitized by Google

ſubſtantia, cum ſuis circumſtantiis, *Vellus*, *Rorem*, *Pluuiam* mihi ingerunt. Vernum tempus, Annunciationis Incarnationisque arcano deſtinauit temporum auctor. Cum autem multas amœni veris deſcriptiones apud Poetas legerim in hac re luxuriantes: nullam tamen inueni vt ingenue fatear, magis aptã, floridamque, illa, quam diuinus Vates adinuenit, protulitque dum harmonico concentu, ſuauiſſime per elegantiſſimas ſimilitudines, Meſſiæ aduentum, ſummique Regis imperium concineret: *Deſcendet*, vt eſt in ſacro carmine, *ſicut pluuia* (ſeu ros) *in Vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã.* Quod gemina ſimilitudine Latine dice-

Incarnationi vernum tempus deſtinatum.

Digitized by Google

dicerem: Erit ſpecies venturi Regis, vt primi Veris: hoc eſt: ita cunctos placidiſſimo ſuo recreabit aſpectu, ita exhilarabit afflatu, ita exſaturabit influxu, vt tempeſtiuitas illa, quæ areſcẽtem glebam, blando ſuper infuſo rore, fœcundare conſueuit: Imo, ipſe erit fœcundus ille Ros, ipſe verna pluuia, ipſe maialis imber vere aureus, qui ſe terræ gremio, olim maledictæ, nunc benedicendæ ſuperinfundet: Certe per VELLVS in hoc cantico intelligunt Sacri Commẽtatores terræ ſuperficiem verno tempore herbeſcentem, & graminum florumque variegatione mira *Velleris* variegati figuram exhibentem. Et eſt ſane muſcoſum telluris tegmẽn, terræ Vellus. ME

Digitized by Google

ME quoq; ad aliud quoddam *Vellus* hæc temporis circumstantia perduxit. Norunt plerique vestrum, Astrologis, iam olim haud sat fuisse, vel domi, vel in villa aut syluis animalium greges alere, & in lucis venari: tentasse eosdem in amplissimis cœlorum pascuis caulas, ferarumque domicilia cõdere. Verum, cum in corpore generationis corruptionisque experte, neque mortale vllum viuens reperiatur, neque eo humeris, aut vehiculo trãsferri possit quippiam, à quo progenies speretur, subtili contemplationis aut imaginationis seu fictionis commento, ferarum, aliorumque animalium species solum, ideoque immortales

Astrologorum fictio in cœlu animalia constituentium.

Dorsualibus hostiis.

Carrucis.

F inue-

Digitized by Google

inuexisse in illam superûm regionem.

Aries primum in Zodiaco signũ.

AT ingenioſe factum, vel fictum fabre, vt dux gregis cornutus ſit *Aries*. Hic primus occurrit in ſignifero, ferarumq; capaciſſimo cœlorum campo: animal nulla re magis, quam aurato, micantique (vnde tantus in mundo ſublunari ſplendor) vellere viſendum. In hoc ſiderum princeps Sol dum adſumpto iterum radiorum diademate, quod ſæuiente bruma depoſuiſſe videri poterat, vel diſcurrit, vel nidulatur, ſquallẽtem hactenus, ac pene mortuam telluris faciem reuocat, & reſuſcitat quodammodo. Steriles eatenus agrorum ſinus miſſo peropportuno roris humore.

Digitized by Google

humore fœcundat: herbas euocat; omnia nouo quodam virore decoreque opulentat. Hinc rediuiua, velut, post occasum hiemalem mundi species. Hoc tempore,

Aurato princeps Aries *dum in* Vellere *fulgens,* — *Manil. Lib. 1.*
Respicit admirans aduersum surgere taurum,
Submisso vultu geminos, & fronte vocantem — *Hor. 2. car. Od. 4*
Soluitur acris hyems grata vice Veris & Fauoni
Diffugere niues, redeunt iam gramina campis,
Arboribusq; comæ.---
Mutat terra vices & decrescentia ripas — *Lib. 3. car. Od. 9.*
Flumina prætereunt.
Iam ver egelidos refert tepores, — *Catul.*
Iam cœli furor æquinoctialis

Digitized by Google

Iucundis Zephyri ſileſcit auris.
Auragꝫ diſtinctos educit verna colores.
Ver adeo fronti nemori, ver vtile ſyluis.
Vere tument terræ, & genialia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcundus imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno coniunctus corpore fœtus.
Auia tunc reſonant auibus virgulta canoris.
Parturit almus ager, Zephyriq́ tepentibus auris
Laxant arua ſinus.

Virgil. lib. 2. Geor.

Cur in Martio conceptus Chriſtus.

Hæc ſunt ingenioſorum commenta ac luſus Poetarum. Sed nos alio tendimus, dum myſteria in *Vellere* ſcrutamur:

Digitized by Google

tamur: aut potius, quæ notata ab aliis & admiranda sunt in *Vellere* descendenti in *Vellus* Messiæ accommodare nitimur. Descēsum hunc in Martio factum hodiernus dies cō-probat. Cur in Martio? FORTASSE, quia in Martio creatus est mundus & hominum primus, Adam conditus. Ita plurimi ex Patribus adfirmāt: persuasumq; fuit canēti. *Prima conjectura.*

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem
Crediderim. Ver illud erat: *Virg. lib. 2. Geor.*
Ver magnus agebat
Orbis, & hibernus parcebant flatibus Euri,
Cum primum lucem pecudes hausere, virumq;

Digitized by Google

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

Conuenientissimum autem videtur vt illo mẽse, qui creationis fuit exordium recreationis, ac inuocationis à Redemptore complendę, daretur principium. Sit ita. non repugno.

2. Conie. Aura. FORTASSE, quia in Martio vniuersalis cataclysmi vndæ, quæ totam terram operuerant, DEI imperio castigatæ, antiquis iterum inclusæ fuere marginibus. Conceptus igitur eodem mense fuit Christus, vt tunc peccatorum colluuies cessaret, quando finem acceperat aquarum inundatio. Pia est ista hæc coniectura. admittatur.

3. Conie. Angel. FORTASSE, quia in Martium

tium incidit Israelitici populi ab immani Ægyptiorum seruitute liberatio. Quod ergo tempus magis accommodatum conceptui Liberatoris vniuersi? consentanea veritati est hæc commentatio, approbetur.

FORTASSE quia in Martio dies noctibus æquantur hinc vernum æquinoctium 4 Coniectura.

Impositamq; Aries, quimon bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnis æqua diurna facit. Ouid. 5. in Trist. Ele. 12.

Exspectatum sanc momentum illius descensui, qui noctem Gentilitatis, accensa fidei face, diei credentis Synagogæ æquabit: deinde eandem producet. Qui peccatores iustis pares efficiet. Qui

Digitized by Google

homines Angelis iunget. Qui faciet vtraque vnum. Haud inscitum est hoc viri docti interpretamentum: confirmetur.

S. Coniectura. FORTASSE, quia in Martio lucis fit instauratio: abbreuiantur tenebræ, vel pelluntur: nox minuitur; Lux crescit. Venias itaque eo mense minorande paululum ab Angelis, quia TE oportet crescere: & cresces profecto hoc ipso die, post transactum triginta trium annorum curriculum, dum in ferali extensus trabe, supra caput hominum eminebis: mox Angelos etiam sub pedibus habiturus. Venias, quia, TE oriente minuentur tenebræ infidelium: decrescent vmbræ Iudæorum:

Digitized by Google

rum: crescet dies Ecclesiæ. Non displicet mihi haud cõtemnendi ingenii ista opinatio.

FORTASSE, quia in Martio finitur inimica hyems; incipit grata temperies: frigus interit; calor erumpit, liquescunt niues, cantillant volucres. 6. Coniectura.

Vitis agit gemmas pigrag; fugit hyems. Ouid. l. 1. Horat. Lib. 4. Carm. Od. 12.

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ouium carmina fistulis:
Delectantq; Deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent.

Idonea enim vero tempestas, qua ad terras igneæ legislator veniat: quo aduen-

Digitized by Google

tante, frangantur peccati gelu: liqueſcant niuoſa improborum pectora: cantillent cœli alites, Deipara, Elizabeth, Ioannes. Probo non ineptam conceptionem hominis pii.

7. Coniectura. FORTASSE, quia in Martio reuiuiſcunt, & efflorescunt omnia: terra germinat: flores erumpunt: vireſcunt plantæ: rident prata: renouatur mundus. Ita eſt. Quam cõuenienter igitur hoc tempus conceptui eliget rerum Vita, animator mundi, donator gratiæ, quo ad nos delapſo reſipiſcent deperditæ per inſaniam hominum mentes; frugis ſpem melioris dabunt humanorum pectorum campi: omnes iuſtitiæ florem, fru-

ctumque

Digitized by Google

ctumque emittent. Commendo hanc non inconcinnam meditantis religiosi viri ratiocinationem.

FORTASSE, quia in Martio, diuino quodam semine impletur terra: fœcundum agrorum semen absconditur ac pullulat: animantur vbiq; omnia. Quam itaque consentaneum rationibus æternis ac terrenis, Verbum eodem tempore seminari, abscondi in vtero Virginis, animari carnem factum paulo post, animaturum omnia? 8 Coniectura.

FORTASSE arridebit magis si dicamus; Solem, qui est mundi oculus mense Martio in Arietis signum ingredi: ideo Christum mundi lucem eodé mense in Virginis Bea- 9. Coniectura.

Digitized by Google

tæ vtero concipi, tanquam Agnũ, qui pro totius orbis delictis sit communis victima. Certe Martius est agniculorum tempus.

10. Coniectura. MAVVLTIS, vt adfirmetur, Christum, gregis optimum ducem, pastoremque ad Euangelii caulas, errantes ouiculas reducturum, tunc exordium vitæ in carne sumere voluisse, cum Sol, astrorum ductor in Ariete pecoris duce apparere incipit?

11. Coniectura. QVID si alicui rusticationi assueto, & villulæ delitias somnianti suggerat animus, in Martio exultare, & saltitare agniculos, insolito quodam noui temporis vigore, æstuque perfusos. Verbo itaque ad nos aduolanti hoc tempus

tempus cordi fuisse, vt eius beneficio subsiliret gaudio in vtero matris Ioannes: in matrum gemētium gremio grex immolatorum tener, primaque Christi hostia: innocentes agniculi.

Qui aram ante ipsam simplices
Palma & coronis lusitant.

Colligamus iam compendio, quæ sparsim multorum contemplatione diximus, & vno contextu efferamus:

RECREATORI ORBIS,
SERENATORI COELORVM.
LIBERATORI HOMINIS;
ÆQVATORI IVDÆORVM ET GENTIVM.
DEPVLSORI TENEBRARVM.
INSTAVRATORI LVCIS.
EMENDATORI TEMPORVM.
ANIMATORI RERVM.
SEMINATORI VERBI.
PASTORI OVIVM.

Digitized by Google

IMMACVLATO AGNO.
SOSPITATORI CORPORVM.
SERVATORI ANIMARVM.
DEFENSORI, TVTATORI SALVTARI.
VERBO ABBREVIATO.
DEO ABSCONDITO.
CHRISTO OPT. MAXIM.

Mensis Martius ad conceptum debebatur. Sed cum de *Rore* & *Pluuia* in *Vellus* delapsa aganus: Ros autem, quia moderatum calorem postulat, hoc mense concipiatur, atq; è cœlo deuocetur: eodem vero mense Sol in arietinum *Vellus* ingrediatur: quid vetat dicere, commodissime hoc tempore, ROREM Cœli, VERBVM PATRIS, SOLEM IVSTITIÆ in vterum Virginis electæ, velut in AVREVM VELLVS, delapsum: in eoque hospi-

Digitized by Google

hoſpitium ſibi conſtituiſſe. Vt hic menſis dicatus ſit in poſterum, non IOVI PLVVIO.

non FLORÆ RORIFERÆ.

ſed

RORANTI VERBO.

RORVLENTÆ VIRGINI.

AVRATO VELLERI.

PORRO, aliam temporis differentiam in hoc Incarnationis myſterio *Roris* conceptus, ſi ita loqui placet, dabit. Docent naturalium meteororum gnari, *Rorem* noctu prouenire. Inde *Ros, gutta noctium* in diuinis paginis dicuntur: *Caput meum plenum eſt rore & concinni mei guttis noctium*, inquit Sponſa in Canticis. Nox etiam crepuſculum continet matutinum, quod

Ros noctu prouenit.

Cant.

Digitized by Google

quod nonnunquam rore fœcundum est. Causam huius rei dant Physici. Quoniam eleuatus in altum vapor temperato serenæ noctis algore in rorem cogitur.

Christus quando conceptus.

NON potuisset accuratius vllo horologii horizontalis, verticalisve stylo designari hora descensus in virgineum *Vellus* RORIS DIVINI, quam huiusce temporis obseruatione. Disputatum quidem est à multis: Quota temporis diurni aut nocturni hora, ad Virginem Angelus, eam salutatum venerit, Christusque sit conceptus. Nec vna est omnium sententia. Quidam opinantur, appetente nocte id contigisse: dialogismum autem inter Mariam & Gabrielem

An appetente nocte?

Digitized by Google

lem protractum ad noctis medium: tandemque Deiparam præstitisse consensum: & tunc DEI filium in eius vtero secũdum carnem fuisse concepram.

ALII existimant Legatum cœlestem ad conclaue Virginis aduolasse initio diei, appetente iam aurora. Mouentur auctoritate D. Athanasii in sermone de Deipara, ad cuius calcem scribit: Ab angelo salutatam fuisse nostram Dominam in exordio diei. Atq; ita, eadem hora, qua Sol diurnum cursum inchoat, ac in nostro incipit hemisphærio apparere, Christum Iustitiæ Solem, tanquam gigantem iter inchoasse, & nobiscum esse incepisse. *An initio diei appetente aurora?*

MIHI

Digitized by Google

MIHI maxime probatur. Verbum diuinum in vterum Virginis delatum fuisse eo tempore, quo *Res* in *Vellere* telluris solet concipi: videlicet media nocte præterita, & altera parte in diem vergente. Siquidem Christus Dominus natus est media nocte finiente, cum iam dies inchoaretur vigesimus quintus Decembris, vti habet Ecclesiastica traditio. Vt igitur essent integri ac perfecti nouem menses à die, quo conceptus fuit, vsque ad diem, qua natus conceptus dici debet eadem noctis hora vigesimæ quintæ Martii. Hoc pacto impleri potuit vtroq; tempore, quod est Sapientiæ 18. *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo*

An media nocte?

An nocte in diem inclinante?

Digitized by Google

in ſuo curſu medium iter haberet Omnipotens ſermo tuus, Domine, à regalibus ſedibus venit. Durus nimirum debellator in medio exterminii tempore exiliuit. Nẽpe die vigeſima quinta Martii venit verbum Dei è ſinu Patris in vterum Virginis, & vigeſimo quinto Decembris proceſſit in mundum ex aluo Matris. Huc etiam facit, quod Angelus Domini iuſſu Omnipotentis media nocte venerit ad liberandum Iſraelem in Ægypto, vt in promiſſam toties hæreditatem introduceretur: Exo. 12. Chriſtus itaque magni conſilii Angelus congruenter admodum, vt figuræ veritas reſpondeat, media nocte concipitur, vt hominem à Dæmonis tyran-

Exod. 12. Iſai. 9.

Digitized by Google

tyrannide liberet; mortem exterminet; suos ad vitam perducat. O noctem vere roriferam! noctem roscidam! noctem rore humectam!

Quo die hebdomadis conceptus Christus.

CETERVM hebdomadis diem nullum certum habet *Ros* aereus, cum quolibet sine discrimine prouenire soleat; habuit cœlestis: sextam videlicet, quam vulgus Veneris

Die Veneris.

vocat. Anno enim, quo virginem salutauit Angelus, vigesima quinta Martii, vt constare potest ex supputationibus Astronomicis fuit sexta hebdomadis feria. Nam eo anno littera dominicalis erat B. feria sexta G. Attendite, quæso,

Sap. 8.

quomodo Sapientia diuina attingat à fine vsque ad finem fortiter, ac disponat omnia suaui-

Digitized by Google

ſuauiter. Morientium pater, terrenus Adam, ſexta ſeptimanæ die ortus principium habuerat: Viuentium genitor, cœleſtis Adam, eundem ſibi diem deſtinat, vt aduentus illius finem agnoſcas. Primus ille generis noſtri parens ſexta luce peccarat, & poſteritatem omnem perdiderat: Secundus, eadem, peccati remedium adfert, & perditionis cauſſas amouet: poſt triginta tres annos eadem feria mortem appetit, vt opus redemptionis conſummet. Die ſexto poſitus fuerat in paradiſo voluptatis Adam; eodem migrauit Chriſtus in vterum Virginis, deliciarum hortum: ille, vt eum cuſtodiret, & excoleret: Chriſtus, vt virginem,

Adam feria 6. genitus.

Digitized by Google

nem, tum ab omni criminis labe liberam præseruaret, tum quolibet cumularet charismatum genere.

Vellus B. Virgo. IAM vero, eadē Symbola, *ROS & VELLVS* arcanæ actionis personas, quæ in Incarnatione potissimum spectantur, manifestant.

QVID enim VELLVS, nisi *uterus* virginis Mariæ, cui toties ex litania sacra accinitur, VELLVS GEDEONIS. Audite Bernardum suauissime de hoc ipso disserentem.

S. Bern. Serm. 2. super Miss. QVID, inquit, Gedeonis Vellus *significat, quod vtique de carne tonsum, sed sine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc vero area rore perfunditur, nisi carnem adsumptam de carne Virginis absque detrimento*

mento virginitatis? Cui vtique distillantibus cœlis, tota se infudit plenitudo Diuinitatis: adeo, vt ex hac plenitudine omnes acceperimus, qui vere sine illa non aliud, quam terra arida sumus. Huic quoque Gedeonico facto propheticum dictum pulchre satis conuenire videtur, vbi legitur: Descendet, sicut pluuia in Vellus. *Nam per hoc, quod sequitur.* Et sicut stillicidia stillantia super terram: *idē datur intelligi, quod per inuentam rore madidam aream.* Pluuia *quippe* voluntaria, quam segregauit Deus hereditati suæ, *placide prius & absque strepitu operationis humanæ suo se quietissimo illapsu virgineum dimisit in vterum: postmodum vero vbique terrarum diffusa per ora prædicatorum non*

iam

Digitized by Google

iam sicut, Pluuia *in* Vellus; *sed sicut* stiHicidia stillantia super terram, *cum quodam vtique strepitu verborum ac sonitu miraculorum. Siquidem recordatæ sunt nubes illæ, quæ portabant pluuiam præceptum sibi fuisse cum mitterentur*: Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: &, quod in aure auditis, prædicate super tecta. *Quod & fecerunt. Etenim* in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Serm de Nat. Mar.

ALIBI idem mellifluus Doctor: *Intuere, ô homo! consilium DEI, agnosce consilium Sapientiæ, consilium pietatis: cœlesti* Rore *aream rigaturus, totum* Vellus *prius infudit. Redempturus humanum genus pretium vniuer-*

uniuersum contulit in Mariam?

FVIT autem VELLVS GEDEONIS duplici nobilitatum miraculo. Nam primo in area positum cœlesti rore fuit impletum, area circumquaque permanente sicca. Deinde area tota compluta, solum *Vellus* in medio aridum permansit. Nimirum, vt mystici sensus indagatores exponunt: Virgo Mater primum viuifico illo cælitus delapso *Rore* permaduit; dum vtero diuinum Verbum concepit, gestauit, ac fouit: alibi enim terrarum, secundum humanitatem, nusquam erat diuinus ille *Ros*, & solum omne imbriũ cœlestium penuria siccum erat, ac pene torridum infidelitate arebat. Postea vero fuiti

Duplex miraculum in Vellere.

Digitized by Google

candidissimus idem vterus à *Rore* vacuus, fœtu feliciter in lucem edito: alibi autem tunc versabatur Christus D. & terram longe, lateque exemplo, merito, doctrina humectabat.

Velleris Etymon. VERE VELLVS est MARIA. Nihil sane est in *Vellere*, quod Patronæ nostræ ad amussim non conueniat. *Vellera.* *Vellus* primitus quidem dicebatur lana ex oue empta, & conglobata, à vellendo: fuit enim ante tonsuram inuentam lanæ vulsura. Deinde, factum, vt lanam ipsam in pecore hærentem eodem vocabulo significarent. Tandem, pro ipsa pelle, vna cum lana quiculæ detracta accipi cœptum. Est itaque *Vellus*, quod-

Vellumina.

Vellus vestis.

dam

dam innocentis animalis opetimentum: Vestem quis dixerit.

MARIAM aspice post conceptum in vtero Verbum: an non est Agni immaculati quoddam quasi indumentū: sub quo, tanquam sub pellibus, Arca fœderis nouem mēsibus delituit? Ex eadem, tanquam ex vellere, preciosa fidelibus vestimenta texuntur. Quam bene tibi prouisum esset contra peccati brumam, si Patronam tuam, tanquam vestem, indueres. *Induimini Dominum IESVM Christum*, hortabatur Paulus Romanos. Induite vos Patronam vestram: id est, Illa vos, velut vellere, contra omnes potestatum aereārum iniu-

Maria indumentum Agni.

Maria vestis Sodalium.

Rom. 13. 14.

Digitized by Google

Scutum. Clypeus. rias tegite ac obuelate. Eadem Scutum tibi erit, aut Clypeus, quę vellere obduci non est nouum. Quid si etiam *Tympanum.* Tympanum? quo contra hostem vtaris, vt ad illius sonum, aduersarii Lupinum, triste vlulans, rumpatur.

Vellus tegmen Ouicula. ADHÆC: *Vellus* tegmen est pecudis mitissimæ, animantis sine fraude, felle, doloque: idcirco *Vellus* mansuetudinis est *Vellus Symbolum mansuetudinis.* Symbolum: imo idem nomen est mansuetudinis, ac *Velleris*: Certe Psa. 89. vbi ex 70. Interpretum versione legimus. *Gen. 2.* *Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur*, In Hebræo est id quod Deuteronomii 18. & *Deut. 18. 4.* *Iob. 32. 2.* Iobi 32. *Vellus* vertitur; nempe ab animalium mansuetissimo resectum. Quid Virgine Deipara

Digitized by Google

para manſuetius, quæ nullum affectus concitationis motum nouerat: in qua nulla vnquam ſuperbiæ, irarumq; ſpirant flabra? eius Mater veneranda, cuius erat honoraria gnome: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis.*

DEINDE: proprium eſt *Velleris*, quod ſpongiæ inſtar, rorem imbibat. An non tota quanta permaduit, cælitus delapſo *Rore* Maria, dum *gratia plena* in viſceribus ſuis Verbum diuinum continuit? *Vellus vt ſpongia aquam imbibit.*

ADIVNGE *Vellus*, quod eſt mirabile, habere mollitiem, ac ſimul ſoliditatem: quæ cõtraria putares, ſed non ſunt, ſi ad diuerſa referãtur. O! quam fuit Deipara mollis ob obſequium, Deique inſpirationes *Vellus molle ac ſolidum.*

Digitized by Google

atque influxus: solida ad sanctimoniam, ac fortitudinem.

Vellus Marianum vinit.

VNVM habet *Vellus Marianum*, præ reliquis, insigne, quod dignum memoratu. Vitam non habet *Vellus* ouillum, aliudue, haud magis, quam nostra cutis, aut quæ nos tegit, pellis: licet interna fortasse, quorundam sensu, animata dici possit: Marianũ est vitale, vitamque fouet. Nunc credibile videri potest, quod habet Albertus M. *Vellera* in mari nasci ac viuere. Et cum munimentum, quadrupedibus in terra præbeant, in mari esse ipsa animantia. Reperiri in pelago vere *Vellus aureum*. Spongiæ perquã simile: esse autem lanuginem, vt lanam, aurifulgorem referentem

Lib. 24. Vellera quadam viuunt.

Maiolus Colloq. 9. Cann.

Digitized by Google

ferentem: dilatari ac contrahi, vt viuum animal deprehendatur; in quo motus dilatandi & sese contrahendi spectetur.

VELLVS AVREVM est MARIA. Quomodo? dicet Philosophus. Aurum nonne metallum est: quo pacto igitur è corpore enascatur? Respondeo philosophice Philosopho nemo verba cauillctur, modo rei veritas constet. *Vellus* dici potest *Aureum* bifariam: Per se: Per aliud: *Formaliter* ac *in se*, quia quæcunq; flaua, splendida, rutilantia, pulchra, vocantur *Aurea*. Siquidem *Aurum*, vel ab *aura* nomen habet, vt sit, quasi purus aer, qui splendorem continet: Vel à Græco ταυρος: quo

Vellus quomodo Aureum?

Formaliter. In se.

Digitized by Google

ſpecies eximia ſignificatur: אור vel longius, ab Hebræo, *Vr*, quo conſtat ignem appellari, vt igneum nitorem agnoſcas. Quamobrem olim pura, nitida, ſerena, colluentia *Vellera Aurea* vocabantur. Quid autem nitidius Domina noſtra, in qua nullus nævus? quid purius, in qua nulla macula? quid ſplendidius, quæ *pulchra, vt Luna, electa vt Sol; Stella matutina; rutilans Aurora?* ſpecies illius auro fulgentior, digna diademate.

Effectiue Aureū.

EFFECTIVE *Aureum Vellus* dicetur, &, per aliud in ipſum tamen redundans, quia imbrem aureum continet. Continens à contento per decãtatam figuram: aut quia aureos & ſplendidos facit. An

non

Digitized by Google

non Tagus, Pactolusque aurei dicuntur, quia aureas arenas continent; trahuntque? Mare rubrum, quoniam fundus ruber pellucet? Venitne vobis in mentem vitreum calicem nonnunquam aureum appellari, quia aurescentem in se liquorem, quibusdam supra aurum æstimatum, ostentat: quia vinum in eo tralucet & splendescit? Ita Ieremiæ 51. vocatur *Calix aureus* Babylon in manu Domini: hoc est calix plenus vino aureo, ac splẽdido. Et Zachariæ 4. suffusoria ex auro seu aurea: nimirũ fundentia ex se aurum, quomodo designatur oleum purissimum flauescens, & aurescens.

Ieremiæ lib. 7.

Zach. 4.

VELLVS AVREVM est

Vellus Gedeonis.

MARIA, sed GEDEONIS. Exspectastis fortasse, vt IASONIS dicerem? Absit. Quid sinceriſſimæ veritati, cum fabulis gentium? quid luci cum tenebris? quid Chriſto cum Belial? quid MARIÆ cum Medea, vel Helle? cœlo cum luto? Nimirum, cum de DEI Filio ad virgineum *Vellus* ſibi deligendum & irrorandum profecto mihi ſermo eſt, inducam, neſcio quem, Æſonis ex Polymela filium, in Colchos, conſtructa ſingulari artificio naue vela facientem, inibique mulierculæ captum amoribus inſtigatu illius ac conſilio, poſt æripedes tauros perdomitos & peruigilem draconem ſopitum optatas tandem exuuias ſecum deportan-

Iaſonis fabula.

Medea. Helle.

Apollon. Rhod. Valer. Flacc.

Digitized by Google

portantem? Hæc videlicet ad diuina applicabo, dicamque CHRISTVM heroa inuictissimum è paterno sinu regnoq; digressum *Velleris aurei* desiderio post draconem septicipitem & igniuomos hostium tauros superatos, non nisi virginis castæ assensu eo potitum: sicque peregrinationis longissimæ præmium, spolia ampla legisse, & secum asportasse? *Fabulæ applicatio.*

FACESSANT fabulæ. Non possunt istiusmodi monstrorum frgmenta Deo vero conuenire. Nec decet hisce nugis auctoritatem sacratissimorum mysteriorum eleuare. Non enim *doctas fabulas sequuti notam vobis facere* debemus *Domini nostri IESV Christi* *Nugæ Poetarũ non sacra sunt dedecorandæ.* *Epistol. Pet. 1. 16.*

Digitized by Google

virtutem, vt docet Petrus Apostolus: & rationem adiungit: Quia *habemus firmiorem propheticum* & euangelicum *sermonem*, ex quo MARIANVM VELLVS deducimus, nullis fabularum inquinamẽtis colluendum. Profanus sane essem, & dignus scutica, si hic, quæ fingunt fabulatores amæni & mendaciloqui, de aureo, in sinu cuiusdam fœde fraudulenterq; illapso imbre commemorarem. Apage. Orcus Ioui impuro, furca eius pellici, infamia Danae. Palma roranti verbo. Corona Mariæ. Laus & benedictio AVRAO VELLERI GEDEONIS.

Vellera sunt imitatores Mariæ.

TALIA vos *Vellera* ad sui imitationem desideraret esse

Virgo

Digitized by Google

Virgo Mater Diua Veſtra: ſacra nempe, pura, ſplendida, viua, vno verbo, *Aurea*, gratia, charitate, innocentia. Certe, nihil eſt efficaciusad *Rorem* cœleſtem imbremque, tam matutinum, quam ſerotinum eliciendum. Mira hominum confinxit ſuperſtitio ad opportunum rorem, & pluuiam fœcundantem cœlo deuocandam: Sileo, quæ de Ioue pluuio Gentiles certo ritu propitiando tradiderunt. Omitto, Iouis Elicii ceremonias, quibus tanquam carmine illice, ex Numæ præſcripto ad ima raptabatur.

Iouis Pluuii piatio.

Iupiter Elicius.

RIDICVLVM eſt illud, quo Cianitæ Indi imbrem ſe cœlo elicere exiſtimant, vt in Epiſtolis Patrum Societatis IESV, quæ

Indorum Superſtitio.

Digitized by Google

Epist. Perua. Anno 1590. & 91.

quæ ex Peruano sint missæ legimus. Quando pluuia indigent, Magus magna vocis cõtentione & acceleratione clamat vt omnes ad montem accedant: quo postquam peruenerunt, vt quilibet consueto more à cibis abstineat. Est autem hoc eorum ieiunium, vt à sale, pipere, cibis coctis contineant sese. Quod vbi factum, voce intensa ac clamore summo stellas inuocant a-quamque precantur. Dum vero, ad terras, & castellum paganum vultu se verterunt; potionem quandam manibus tenent, quam vbi nobilis adolescentulæ manu porrectam ebiberint, ita à sensibus abducuntur, mentisque impotes fiunt, vt mortui videantur.

Digitized by Google

tur. Sed vbi ad se redierint, mel aqua, & maizo miscent, quibus permixtis nubes aspergunt. Die sequenti nobilem aliquem, vel conspicuum ac venerandum senem in lectum deponunt subiecto lento igne atque vbi sudare cœperit, sudorem Magus excipit vase, anserino sanguini miscet, atque ex radice expressæ aquę rursus in aera iactat, nubes vt tingat: rogat per sudorem, sanguinem, & aquam vt desideratam pluuiam largiantur. Quod si casu, eo die, quo superstitionem exercēt, pluat, gratias agunt stellis, Magumque multis ornatum muneribus efferunt.

Sortiarii imbrem denuncio.

PVDOR prohibet enarrare, quid nostri sortiarii, dum scrobi-

scrobiculam fodiunt, eamque aqua plenam bacillo inturbidant, submurmurent, vt pluuiam eliciant. Nec iuuat commemorare multiplicem veterũ superstitionem. Christianos pietas docuit sacrificio, supplicationibus, prece, siccitati remedium quærere. Impiorũ improbitas suadet rudibus, Crucifixi, Sanctorumque, Martini & Vrbani effigies ad flumen raptare: Imo Deiparæ imagine in mare demersa imbrem tẽpestatemq; proritare. Quod Constantinopolitanus Magus persuadere olim conabatur.

Vinc. Bell. lib. 23. Spec. cap. 147.

Vellus Marianum Rem ad. nasat.

SED vultis facile, obuium ac sine superstitione remedium, ad amicum rorem & volun-

Digitized by Google

voluntariam è cœlo quamuis ferreo, & tribus annis clauſo aduocandi, pluuiam gratiæ, rorem diuinorum chariſmatum, imbrem donorum cœleſtium? En tanquam *Vellera Mariana* expandite vos in Nazaretica, id eſt, ſanctificationis, ſeparationisque bene cuſtodita, & florente area. Intra cubile tuum & ora in abſcondito: ante DEI faciem in templo te proſterne: aperi os tuum & implebit illud Dominus benedictione. Vix poſitum fuit Vellus Gedeonis in area, & rorem copioſiſſimum excepit, ſi non perpluantur & irrorentur multi è vobis, ſiccitatis cauſam ſibi ipſis adſcribant.

Ros diuinus non niſi in

Aureum

Digitized by Google

Oues Abydena Velleris nigri.

Aureum Vellus solet descendere. Plerique fortasse *Velleris* effigiem referunt, sed quale auelli solet ab ouibus Abydenis, quas omnes nigras nasci, albam nullam auctor est Ælianus. Quod & in Budianorum regione fieri tradidit Nicomachus Aristotelis filius, eodem referente. Nemo tam est peregrinus in eruditione, qui albo *Vellere*, puritatem designari ignoret: ideoque nigro eius contrarium. Miraris, te siue in magnis Patronæ nostræ festiuitatibus, siue aliis pietati Christianæ consecratis diebus, siue hoc sacro quadraginta dialis ieiunii tempore siue sacrosanctis hebdomadæ pœnosæ feriis tantam animæ plane aridæ siccitatem expe-

Ælian. lib. 3. cap 31.

Albus color puritatis.

Digitized by Google

experiri: nullum te excipere roscidæ deuotionis stillicidium: nulla affectus in Deum, Diuinaque tenerioris, tanquam amabilis pluuiæ, guttula perfundi: nihil aurei roris in tuum *Vellus* decidere. Ego nihil miror. Non cadit *Ros* iste, nisi in *Vellus Gedeonis*, castum, splendidum, aureum: tuum est impurum, sordidum, aheneum. Quod super carbones denigrarunt tam multa fœda, lutulenta, abominanda?

Catalogus abominationum.

VIS catalogum confici, qui tibi in conscientiæ perscrutatione sit vlui? Attende. Accommodare aurem magis blandissimæ Dominæ, aut potius, deceptrici lenæ voluptati, quam Matri, ac Doctrici vi-

Digitized by Google

ci vitæ : Voluptati assidue in impurissimarũ sordium cloaca. Alterius formæ, quam diuinæ, simulacrum in mentis basilica dedicare; atque illud idem in corde, ut ara, constituere. Illi cogitationibus morosis, tanquam aromatum nidore thus accendere: illi delectationib. nefandis, velut victimis, litare: illi consensu, ceu hostia mactata placamẽtum facere: illi opere, quasi sacrificio latriam exhibere: illi corporis, ac animæ deuotione idololatrica, tanquam holocausto, honorem habere: denique, illam, illam, dominam suam, animulam, pupulam, &, ad quod horresco referens, Deam suam dicere.

Sed

Sed hæc paucorum sint. Quæ sequuntur plurium.

Spurcissima cum congerronibus colloquia : fœdiora machinamenta: inuisæ Deo achominibus factiones : pellicere diabolica vafritie in fraudis non præuisæ caueam innocentes animas : alterius simplicitati ac innocentiæ subsessoribus oculis insidiari: Quo non pertingunt manus, cogitatione prorepere : Foris ouem referre ; intus astute vulpem tegere. Exterius castitatem simulare; interius lupanar non vnum circumferre: In templis, supplicationibus, confessibus publicis; ante ipsam aram. Numinis summi, dum *Ros* diuinus in panaceum *Vellus* labitur, circumstan-

Peccata vulgaria adolescentia.

Digitized by Google

stantibus ac trementibus ad mysterii altitudinem spiritibus angelicis, oculos ad omnem vanitatem, à qua deberent, etiam in platea auerti, emittere: ac ad proritandam alterius sibi non dissimilis lasciuiam, nutu, nictu, iactu, vt in saltatoria palæstra ludere: fœda dictu, factuque; & alia nec dicenda, nec cogitanda patrare. Hæc dico, ac similia sexcenta, quæ lubens omitto *Vellus* tuum turpissime defœdarunt: & adhuc miraris, aureum in te *Rorem* non descendere? Tene ego Virgine Matre genitum esse, te illam puritatis fontem pro parente, patrona, domina agnoscere credam? Tene ego Parthenicum, id est, virgineum

neum appellabo? Apage. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrheus, mater tua Cethaea. Et quando natus es in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lotus in salutem: nec sale salitus, nec inuolutus pannis.* Ezech. 16. 3.

SED heus, vbinam agis, & loqueris? apud sodales, dilecta Matris castissimæ pignora. De vobis, sodales, confidimus meliora: neque vos reos agere erat animus. Vos stola ornatos alba, & in *aurea Vellera* transformatos opinamur. At solum, breuiter, leuiterque nonnulla attingere placuit, quibus deformata *Vellera* recipiendo Rori non esse idonea existimamus. Sed quæso vos, nolite nimium nostræ de ve- *Sodales præsumuntur boni,*

stro

ſtro candore opinationi fidere. Optimus teſtis eſt ſibi quiſque, & propria conſcientia. hanc admota pectori manu, conſulite. Non omnes ſunt ſancti qui putantur à vulgo.

In quibus nulla ſit Velleris ſpecies.

PORRO, vt nigra *Vellera* aureo ſunt diſſimilia, ideoque minime apta ad cœleſtem pluuiam recipiẽdam: ſic multo magis, quibus *Velleris* nulla eſt ſpecies. Quales ſunt imprimis, qui, vt oues, in Æthiopia, quod Ælianus tradit, lanam non habent ſed pilos, camelorum more, hirſutos. Nimirum, homines feri, agreſtes, inhumani, iracundi. Deinde quibus vellus eſt leoninum. Nempe ſuperbi, contumaces, elati. Præterea, quibus vulpi-

Lib 17. cap 10. Oues Æthiopiæ piloſæ.

vulpinum exuuium; vafri, verſuti, fraudulenti. Adhæc: quibus luporum eſt tegmen; guloſi, voraces, aſoti. Item, quibus canum eſt pellis, vt cinici, contentioſi, impudentes. Tum etiam, quibus grunnientium ſunt ſetæ: homines ſordidi, impudici, laſciui. Tandem; quibus corium eſt Arcadicum, pigri, acedioſi, ignaui, quantumuis ſericati, vt Cumani aſini. In his *Roris* non eſt manſio. Siquidem Ros cœleſtis *Vellus* poſtulat, quale fuit *Marianum*, id eſt, *Aureum*.

CVIVS ſimilitudinem ſi vlli referre debent, certe ſodales, & in iis potiſſimum Eccleſiaſtici. Quod dum animo voluerem, in manus venit

Vellera ſunt ſodales præcipue.

Digitized by Google

Auctor nec ignobilis, nec omnino recens, cuius hæc est sententia: imo verba: ignoscite; si non ad omnium palatum.

Ecclesiastici. ECCLESIASTICI, adiungo, Sodales Mariani, qui more Velleris, Domino sunt cõiuncti, i esse debent molles, humiles & benigni: solebant autẽ esse ros diuinę gratię præ cæteris madefacti: Area vero: hoc est, populi seculares (& in sodalitiũ vestrum nõ admissi) respectu illorum erant indeuoti, aridi & duri. Sed fere-ne, an vere hodie videmus contrarium: Area magis est rorida, quam Vellus: seculares deuotiores sunt, quam regulares; Laici quam Clerici: subditi quam Prælati. Nec il-

Quorum aliqui degeneres.

lud

lud est reticendum, quod ab eodē promo condo est acceptum. Fecerit fieri, vt si anima, quæ *Vellus* est, consolationis gratiæque cœlestis rore suo abunder, arida tum sit carnis nostræ terra: Vel, quia, ne voluptatibus delitiisque diffluat corophagiis ac iciuniis coercetur: vel quia suarum appetitionum rore non perfunditur. E contrario, quando hæc rore suo inundatur peraridus est animus omni humore cœlesti destitutus.

DE VELLERE satis: Quod dum perplutum rore audis, forsasse concipis verba Gabrielis: Neque enim est insolens in diuinis paginis, sermonem pluuiæ, roriquc comparari: & hunc illius esse sym-

Sermo Angelis Ros.

Digitized by Google

Deut.32. bolum. Deuteronomii 32. *Descendat, sicut pluuia doctrina mea: fluat, vt* Ros, *eloquium meum. Quasi imber super terram, & quasi stillæ super gramina.* Sed, cum constet, Roris in Vellus descensu fœcundatam Virginem, vt Ros, fœtus ipse dici possit, minus accommodate Rorem, Angeli salutationem dixeris.

Ros verbum Dei. Ros ergo VERBVM dicatur, quod hodie in Vellere aureo Caro factum est. Ita Patribus visum, qui in descendente pluuia, vel *Rore*, CHRISTVM agnoscunt. De quo illud vsurpare possis, quod in omnipotentiæ admirationem raptus, quondam Iobus: *Quis est pluuiæ pater, aut quis genuit stillas Roris?* Quod aliis verbis insti-

Iob.38. 28.

Digitized by Google

institutо nostro accommodatis, Euangelicis Propheta pronunciauit: *Generationem eius quis enarrabit?* Nimirum, hærebat Vates ad Virgineum conceptum, quæ est prima hominis generatio hactenus à mundo condito inaudita. Sciebat quidem ille, Adamum à Deo factum sine viro: & Euam formatam ex eodem sine fœmina; cæteros homines ex viro, fœminaq; ortum ducere: sed nunquam aliquem ex fœmina, eaque sola, ac casta virgine prodiisse intellexerat. Quis ergo pluuiæ huius pater, aut, quis quæue genuit *stillas Roris?* Isai. 53. 8

Hic mihi occurrit effatum illud sapientis. *Tria sunt difficilia mihi, & quatuum penitus ignoro.* Tria difficilia sapienti.

Digitized by Google

gnoro. Viam aquilæ in cœlo: viam colubri ſuper petram: viam nauis in medio mari: & viam viri in adoleſcentula. Cum ingenioſiſſimus Regum mentis intelligentia conſideraſſet tria quædam, quæ, cum per loca conſueta tranſeant, nullum ſui tranſitus veſtigiũ relinquunt, quo ſciri ac deprehendi queat illac pertranſiſſe, videlicet, volatum auis per aera: iter colubri ſuper petram, aut rupem: tranſitum nauis per aquas maris: illuſtratus diuini luminis fulgore aciem mentis intendit in conceptum Virginis & admiratione defixus exclamat: *Quartum penitus ignoro: Viam viri in adoleſcentia:* aut potius: *in adoleſcentula*, abſcondita, incognita, incorrupta:

Digitized by Google

pta: hoc est, *Rorem* in Vellere. *Almach.*
Ac si dixisset: Ignoro; prorsus, quomodo vir ille, qui est Saluator mundi concipietur, nascetur que deinde, ex puella penitus intacta, vtpote viro incognita. *Quis est pluuiæ pater, Isai.* *aut, quis genuit stillas Roris?* Ecce Virgo concipiet & pariet filium. Matrem audio, sed quis est pluuiæ pater, aut quis genuit *stillas Roris?*

ROREM ita fere generari perhibent Philosophi. Calor cœlestis, qui impressionũ aerearũ est causa effectrix, vaporẽ quendã exiguum, & labilem euocat. Is ferè aqueis frigore in artum cogitur. hinc ros existit. Si vehementius sit frigus, eandem materiam congelat in pruinam. *Roris generatio, & causa.*

Digitized by Google

Generationem quidem Roris diuini nemo enarrare poteſt; Ita, vt vel ipſe, qua homo illam comprehendat, vel aliis perfectiſſimam illius cognitionem tradat: tamen ruditer, balbutientium more, de illa, vt de aliis rerum diuinarum abditis diſputare nihil prohibet: tradere autem ſcireque, quæ generis humani redemptionem ſpectant, publice intereſt.

Chriſti incarnatio ad modum roris generati.

ITAQVE, ſic ego totam rem, analogia quadam ad Roris formationem, breuiſſime concipio. Calor cœleſtis, qua periphraſi Spiritum deſigno, qui vere Ignis, Ardor, Caritas, (Non excludendo tamen Patris Filiique efficientiam) quoniam opera Trinitatis,

Digitized by Google

nitatis, vt loquuntur Theologi, ad extra indiuisa sunt, appropriatiue tamen (vt loquimur in Scholis) Spiritus sanctus subtilissimum vaporem benedictæ huius terræ: id est, purissimum virginis sanguinem euocauit, qui loco ad id à natura destinato, obumbratione, tanquam temperato serenæ noctis frigore, in corpoream massam momento temporis coegit, diuinoque artificio membrorũ omnium organa disposuit, corpusculique fabricam erexit: atq; ita *Ros* diuinus formatus est.

HVIVS Roris quam plurimum vos haurire velim omni quidẽ tempore per assiduam contemplationem Redemptoris, sed maxime matutino *Ros matutinus Vir orĩs, Christus.*

Digitized by Google

(Est enim Ros matutinus, vis oriens, ante Luciferum genitus) quando animus puris oribus & sanctis cogitationibus, ut eo tanquam salubertimo pabulo, dulcissimoque, super nectar, & ambrosiam liquore nutriatur, & recreetur. Sitq; hiantis ad vitæ fontem cervæ persimilis, quam ferunt, oriente Sole, æstivis mensibus, tam ob æstum corporis, quam cœli, purissimum rorem ore patulo excipere eoque se reficere. Dilata os tuum & implebit illud.

Ore capit patulo Rorem *vaga cervaccadentem*
Rore *riges nobis torrida corda* DEVS.

Cicada Rore pascitur.

Hoc *Rore* sub Eucharistico Vel-

Vellere sumpto, facilius cō-
modiusque, quam cicada ae-
reo vitam tolerabis. Dein ca-
netur diuinis laudibus in-
tento.

O ter, quaterque felix,
In arborum viretis,
Cantare dulce gaudes,
Quocunque conspicaris,
Te non senecta carpit:
Canens amica, & omnis
Cicada, quæ supremis
Roris *pocum vt bibisti,*
Regina magens potentem,
Tuũ est, quod arua gignunt,
Festina terra vlomma,
Mali & doloris expers.

Ab hoc *Rore* dici vos Roranos milites opto. Quomodo vocabantur olim huius armaturæ quidam, qui ante quam acies congrederentur fundis

Rorarii milites.

Digitized by Google

ac lapidibus præludebant. Sic dicti teste Nonio, quod illi prælium, vt Ros pluuiam antecederent. Hinc Rorariũ vinum, quod militibus rorariis dabatur, vt Festus adfirmat. Vos *Rorarii* sitis: quia *Roris* huius potu animati guttulis conspersi, succo sobrie ebrii in hostem infernalem Roris instar, ruere parati. Hoc rorarium vobis sit vinum.

Rorarius. *Ros solis.*

SVMMA votorum meorum esset, vt nunquam vos, vestrosque actiones *Roris* illius antelucani irroratione orbari permitteretis: sed prima cura esset, vt semper fœcundante hoc liquore perfunderentur. Sic sane nunquam adurentis læta virtutum fata concupiscẽtiæ, tanquam

quam Caniculæ ardor quicquam ex iis depasceretur, vobisque nouum, sed accommodatum rei præsenti *Rorariæ* nomen transcriberem. Hæc inter plantas exigua est, plerumque fabulosis ac vdis locis, interdum etiam in vmbrosis syluis proueniens: ignotam veteribus fuisse existimant recentiores. Vis illi est ad multos morbos imprimis efficax. Sed illud admiratione plenum: nunquam eius folia, caua, instar pusilli cochlearis, roscido quodam humore destitui, eorumque laguginem admodum tenuem ac teneram guttulis quibusdam pellucidis semper madere. Vnde etiam nomen sortita est, vt Ros Solis, vel Roraria

raria appelletur illustris profecto imago, quæ innuit hominem, in summo licet cupiditatum æstu nunquam flaccescere, aut exuri, si Roris cælitus in Virgineum Vellus delapsi refrigerantem semper succum, quo refocillantur, aluntur, recreãtur animæ Deo caræ plena desiderii exæstuantis concha hauriat ac reseruet. Sine hoc igneus Cupidinis furor marcorem quiad exitium perducit, facillime inuehit.

Ros in locis humilibus generatur.

PORRO, est quidpiam in *Roris* generatione singulare quod ad mysterii Incarnationis intellectum haud parum conducit. Docet Aristoteles

Meteor. l. c. 10.

in primo de meteoris: *Rorem* in ima ac humillima parte aeris

ris generari. Quoniam calor talem vaporem excitans imbecillis est: alioqui, si vehemens esset, aut altius euheret, aut omnino absumeret. Illud etiam constat non doctorum solum sed & rudium obseruatu: *Rorem* non in mõtibus, sed in vallibus, locisque aliis demissis reperiri. Tum quia vapor, è quo gignitur, nõ nisi è locis cauis & humidis exhalatur: tum maxime, quia venti quibus editiora loca perflantur vaporem distrahunt, atq; ita concretionem impediunt. In qua parte vniuersi *Ros* diuinus est concretus hodie? in ima ac humillima. Audistis-ne aliquando quæ orbis totius particula sit profundissima? his profundi-

tatem

tatem lacuum, puteorũ, fluminum & Oceani producere posſem, & ad orci centrum venire: ſed ſecure aſſero; Verum Virginem regionem eſſe omnium profundiſſimam, quippe humillimam. *Ecce ancilla Domini.* Qui mox *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.*

NIHIL admodum profuiſſet ad maternitatem Dei, caſtitas: ſi illam non adornaſſet ancillæ humilitas. Superba caſtitate mons fuiſſet, è quo vanitatis venti omnem diuinæ gratiæ vaporem diſſipaſſent. Vt fontes exiliunt: Ita Ros concreſcit in conuallibus.

Ros tempore tranquillo & ſereno prouenit.

QVI præterea, vt concipiatur, tranquillũ requirit tempus & ſerenitatem, in pace eſt locus

locus est. *Cum medium silentium tenerent omnia*: vt esset quies rerum in tranquillissimum & sereniſſimum Mariæ, nullis vnquam perturbationibus concussæ pectus *Verbum* vt *Ros* dilabitur: idque sine strepitu. Quocirca S. Bernardus *Roris* descensu actionis modum denotari existimat: Pluuia, inquit, voluntaria, nõ vt grando, vel imber procellosus sata sternens, & segeti interitum minitans.

Roris vtilitas.

HVNC *Rorem* assiduis clamoribus in vellus dimitti efflagitabant primi illi Velleris Aurei Equites, quorum carmen etiamnum supereſt, & concini solet Aduentus tempore suauissimè: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum.* Nimirum

mirum, intelligebant hominum perſpicaciſſimi, *Roris* cœleſtis commoda admiranda. Quem imprimis deſiderant meſſores, vt bene, ac facile meſſem queant demetere, integris ſpicis ac nullo grano præ ariditate diſſiliente. Quamobrem felicitatis ruſticæ promiſſio eſt, aut ſignificatio, illa apud Iſaiam cap. 18.

Meſſores optant rorem.

Iſ. 18. 4. *Sicut nubes Roris in die meſſis.* Quod viri 70. clarius extuliſſe ſunt viſi hac enunciatione: *Sicut nubes* roris *in die meſſis erit ante meſſem.* Et prouerbiorum 25. *Sicut frigus niuis in die meſſis.* Quo ſpectat illud ſcriptoris georgicon: *Humida ſolſtitia atque hyemes orate ſerenas*, Agricolæ. Deinde

Prou. 25. 24.

Georg. 1.

Nullo

---Nullo tantum se Maſſix cultu
laetat & ipſa ſuas mirantur Gar-
garamaſſes.

Atque illud etiam, quod habet Columella, præceptum rei ruſticæ, vt fœnum demetant villici antequam inarefcat, roridum adhuc & humens. Quocirca Iobus, cum omnia ſibi felicia pollicerétur, præclara metaphora, non ſolum fructus, ſed etiam cœleſtem illum *Rorem* ſibi ſpõdebat, quo facile ac iucunde auelleretur, aut demeteretur mortis falce è vita, quæ magna pars eſt felicitatis mortalium: quibus optandum, vt inferantur in ſepulchrum, ſicut aceruus tritici. *Col. lib. 2.*

RADIX *mea*, inquiebat Patiens, *aperta eſt ſecus aquas: &* Ros *Iob 29. 19*

mora-

Digitized by Google

morabitur in messione mea. Nam quibus non adfunditur cœlestis ille *Ros*, cum difficultate ac ingenti doloris sensu præciduntur, è vita & cum magno labore motiuntur. Annon vere dicere potuit Mater nostra: *Ros morabitur in messione mea:* nempe contra infernalium impetus aduersariorum, messem omnem bonorum operum in ipsa adhuc herba frequenter vastantium.

Messis spiritualis rerem postulat.

DESIDERATIS-ne vos etiam copiosam operum bonorum messem? Vt dum hic euntes itis ac fletis mittentes semina vestra postea venientes veniatis portantes manipulos vestros: ita, vt nullum granum, vllius dicti, facti, cogitatus

gitatus præ ſiccitate demeriti deſiliat: Sed omnia in horreũ cœleſte inferantur, & ad meritum proficiant? Agite, ſupplici prece hunc *Rorem*, Chriſtum ipſum, ipſius gratiam, ac merita, vt in meſſione veſtra moretur, obtinete. Quicquid aggredimini Chriſtianæ fidei ac pietatis rore inſpergite: actiones omnes veſtras in finẽ, quem vera Chriſti religio præſcribit, dirigite. Nam ſine hoc, vt omnis, quantumuis bona videatur operatio, ad vitæ æternæ meritum eſt fruſtanea: ita eo inſperſa Rore, quantumuis minima videatur, infiniti eſt apud DEVM ad regnum cœlorum conſequẽdum pretii. Mortem quietam, ſuauem, felicem in optatis

Digitized by Google

tis haberis? Moretur hic *Ros* in messione vestra. Christum in omni quidem vita. Sed circa finem potissimum adamate, colite, gustate, corde, ore manibus; ac, vt melleum *Rorem*, nunquam non lingua versate: tandemque in suauissimi nominis IESV prolatione spiritum emittite.

Ros plantas recreat.

Ros plantulas recreat ac segetē ad maturitatem perducit. Quare existimāt nonnulli, Iobum se cum messe comparasse, optasseque sibi *Rorem*, quo complentur ac matureſcunt fructus. Hussitam sic loquentem introducit Auctor catenæ. Quemadmodum fructus rore, atq; imbribus lætificati, atq; completi suo tempore demetuntur:

Digitized by Google

tur: sic ego in bonorum copia, ætate exacta, putabam ex hac vita me migraturum. Nihil ad animarum nostrarum recreationem magis conducit, quam Christi irroratio. Hinc tantum in mediis tormentis gaudium tanquam si in nuptiali conuiuio lætitia diffluerent: hinc tanta in tenellis etiam ac virgunculis ad crucem raptis alacritas, tanta inter carnificum manus oris frontisque serenitas,

Ros humefacit terram.

Ros terram madefacit, irrigatque & herbescentem segetum viriditatem euocat ac nutrit. Idem in cordibus operatur Christus, si influat. Nã arescentem cordis tellurem inebriat, & germen educit. Tum ita reficit, vt in nutri-

mentum

mentum quoque transeat. Item, vt *Ros* concupiscentiæ æstum refrigerat, ac tollit. Denique, vt *Ros*, ita herbas irrigat, vt ex illarum fluens vertice in radice stillet. Sic Christus in verticem Congregationis nostræ, Deiparam primum descendit, mox ab illa defluens, membra irrigat. O *Ros* cœlestis, qui sicut pluuia hodie in Vellus descendisti vt saluum faceres genus humanum, Salua Sodalitatem Marianam in tui Matrisque honorem congregatam.

Obiectio tacita. SED, Videtur mihi, nescio quis insusurrare in aurem: Vbi-nam, mi Pater, splendidi promissi fides? An non addixeras, te sodales, quotquot sint, AVREI VELLERIS EQVITES

QVITES, pronunciaturum? Ita est, & sponsioni factum satis arbitror. At quoniam est aliquorum tanta iudicii seueritas, ruditatem dicere nolo, vt nisi totidem verbis reddantur, quæ proponi initio solent promissi religionem violari existiment. (Quasi Oratori nihil supprimendum sit, quod ab alio aliquo inepte effertur) Agedum, tantilli temporis moram non mihi, cui graue est loqui amplius, sed vobis indulgete, quibus id haud dubie, gratum: vt in vestri gratiam, meo licet incommodo, præconem agam, qui hactenus officio Oratoris Sacri aut Commentatoris me functum abunde opinabar.

Digitized by Google

raria appelletur illustris profecto imago, quæ innuit hominem, in summo licet cupiditatum æstu nunquam flaccescere, aut exuri, si Roris cælitus in Virgineum Vellus delapsi refrigerantem semper succum, quo refocillantur, aluntur, recreãtur animæ Deo caræ plena desiderii exæstuantis concha hauriat ac reseruet. Sine hoc igneus Cupidinis furor marcorem quiad exitium perducit, facillimè inuehit.

Ros in locis humilibus generatur.

PORRO, est quidpiam in *Roris* generatione singulare quod ad mysterii Incarnationis intellectum haud parum conducit. Docet Aristoteles in primo de meteoris: *Rorem* in ima ac humillima parte aeris

Meteor. l. c. 10.

Digitized by Google

ris generari. Quoniam calor talem vaporem excitans imbecillis est: alioqui, si vehemens esset, aut altius euheret, aut omnino absumeret. Illud etiam constat non doctorum solum sed & rudium obseruatu: *Rorem* non in mõtibus, sed in vallibus, locisque aliis demissis reperiri. Tum quia vapor, è quo gignitur, nõ nisi è locis cauis & humidis exhalatur: tum maxime, quia venti quibus editiora loca perflantur vaporem distrahunt, atq; ita concretionem impediunt. In qua parte vniuersi *Ros* diuinus est concretus hodie? in ima ac humillima. Audistis-ne aliquando quæ orbis totius particula sit profundissima? hic profundi-

tatem

tatem lacuum, puteorũ, fluminum & Oceani producere posſem, & ad orci centrum venire: ſed ſecure aſſero; Verum Virginem regionem eſſe omnium profundiſſimam, quippe humillimam. *Ecce ancilla Domini.* Qui mox *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.*

NIHIL admodum profuiſſet ad maternitatem Dei, caſtitas: ſi illam non adornaſſet ancillæ humilitas. Superba caſtitate mons fuiſſet, è quo vanitatis venti omnem diuinæ gratiæ vaporem diſſipaſſent. Vt fontes exiliunt: Ita Ros concreſcit in conuallibus.

Ros tempore tranquillo & ſereno prouenit.

QVI præterea, vt concipiatur, tranquillũ requirit tempus & ſerenitatem, in pace eſt locus

locus est. *Cum medium silentium tenerent omnia*: vt esset quies rerum in tranquillissimum & sereniſſimum Mariæ, nullis vnquam perturbationibus concussæ pectus *Verbum* vt *Ros* dilabitur: idque sine strepitu. Quocirca S. Bernardus *Roris* descensu actionis modum denotari existimat: Pluuia, inquit, voluntaria, nõ vt grando, vel imber procellosus sata sternens, & segeti interitum minitans.

HVNC *Rorem* assiduis clamoribus in vellus dimitti efflagitabant primi illi Velleris Aurei Equites, quorum carmen etiamnum supereſt, & concini solet Aduentus tempore suauissimè: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum*. Nimirum *Roris vtilitas.*

mirum, intelligebant hominum perspicacissimi, *Roris* cœlestis commoda admiranda. Quem imprimis desiderant messores, vt bene, ac facile messem queant demetere, integris spicis ac nullo grano præ ariditate dissiliente. Quamobrem felicitatis rusticæ promissio est, aut significatio, illa apud Isaiam cap. 18.

Messores optant rorem.

Is. 18. 4. *Sicut nubes Roris in die messis.* Quod viri 70. clarius extulisse sunt visi hac enunciatione: *Sicut nubes* roris *in die messis erit ante messem.* Et prouerbiorum 25. *Sicut frigus niuis in die messis.* Quo spectat illud scriptoris georgicon: *Humida solstitia atque hyemes orate serenas*, Agricolæ. Deinde

Prou. 25. 24.

Georg. 1.

Nullo

---Nullo tantum se Maſſiculto
Lædit & ipſa ſuas mirantur Gar-
gara meſſes.

Atque illud etiam, quod habet Columella, præceptum rei ruſticæ, vt fœnum demetant villici antequam inarefcat, roridum adhuc & humens. Quocirca Iobus, cum omnia ſibi felicia polliceretur, præclara metaphora, non ſolum fructus, ſed etiam cœleſtem illum *Rorem* ſibi ſpõdebat, quo facile ac iucunde auelleretur, aut demeteretur mortis falce è vita, quæ magna pars eſt felicitatis mortalium: quibus optandum, vt inferantur in ſepulchrum, ſicut aceruus tritici. *Col. lib. 2.*

RADIX *mea*, inquiebat Patiens, *aperta eſt ſecus aquas: &* Ros *Iob 20. 19*

mora-

Digitized by Google

morabitur in messione mea. Na quibus non adfunditur cœlestis ille *Ros*, cum difficultate ac ingenti doloris sensu præciduntur, è vita & cum magno labore motiuntur. Annon vere dicere potuit Mater nostra: *Ros morabitur in messione mea:* nempe contra infernalium impetus aduersariorum, messem omnem bonorum operum in ipsa adhuc herba frequenter vastantium.

Messis spiritualis verum postulat.

DESIDERATIS-ne vos etiam copiosam operum bonorum messem? Vt dum hic euntes itis ac fletis mittentes semina vestra postea venientes veniatis portantes manipulos vestros: ita, vt nullum granum, vllius dicti, facti, cogitatus

gitatus præ ſiccitate demeriti deſiliat: Sed omnia in horreũ cœleſte inferantur, & ad meritum proficiant? Agite, ſupplici prece hunc *Rorem*, Chriſtum ipſum, ipſius gratiam, ac merita, vt in meſſione veſtra moretur, obtinete. Quicquid aggredimini Chriſtianæ fidei ac pietatis rore inſpergite: actiones omnes veſtras in finẽ, quem vera Chriſti religio præſcribit, dirigite. Nam ſine hoc, vt omnis, quantumuis bona videatur operatio, ad vitæ æternæ meritum eſt fruſtanea: ita eo inſperſa Rore, quantumuis minima videatur, infiniti eſt apud DEVM ad regnum cœlorum conſequẽdum pretii. Mortem quietam, ſuauem, felicem in optatis

tis haberis? Moretur hic *Ros* in messione vestra. Christum in omni quidem vita. Sed circa finem potissimum adamate, colite, gustate, corde, ore manibus; ac, vt melleum *Rorem*, nunquam non lingua versate: tandemque in suauissimi nominis IESV prolatione spiritum emittite.

Ros plantas recreat.

Ros plantulas recreat ac segetē ad maturitatem perducit. Quare existimāt nonnulli, Iobum se cum messe comparasse, optasseque sibi *Rorem*, quo complentur ac matureſcunt fructus. Hussitam sic loquentem introducit Auctor catenæ. Quemadmodum fructus rore, atq; imbribus lætificati, atq; completi suo tempore demetuntur:

Digitized by Google

tur: sic ego in bonorum copia, ætate exacta, putabam ex hac vita me migraturum. Nihil ad animarum nostrarum recreationem magis conducit, quam Christi irroratio. Hinc tantum in mediis tormentis gaudium tanquam si in nuptiali conuiuio lætitia diffluerent: hinc tanta in tenellis etiam ac virgunculis ad crucem raptis alacritas, tanta inter carnificum manus oris frontisque serenitas,

Ros humefacit terram.

Ros terram madefacit, irrigatque & herbescentem segetum viriditatem euocat ac nutrit. Idem in cordibus operatur Christus, si influat. Nã arescentem cordis tellurem inebriat, & germen educit. Tum ita reficit, vt in nutrimentum

Digitized by Google

mentum quoque transeat. Item, vt *Ros* concupiscentiæ æstum refrigerat, ac tollit. Denique, vt *Ros*, ita herbas irrigat, vt ex illarum fluens vertice in radice stillet. Sic Christus in verticem Congregationis nostræ, Deipara primum descendit, mox ab illa defluens, membra irrigat. O *Ros* cœlestis, qui sicut pluuia hodie in Vellus descendisti vt saluum faceres genus humanum, Salua Sodalitatem Marianam in tui Matrisque honorem congregatam.

Obiectio tacita. SED, Videtur mihi, nescio quis insusurrare in aurem: Vbi nam, mi Pater, splendidi promissi fides? An non addixeras, te sodales, quotquot sint, AVREI VELLERIS EQVITES

QVITES, pronunciaturum? Ita est, & sponsioni factum satis arbitror. At quoniam est aliquorum tanta iudicii seueritas, ruditatem dicere nolo, vt nisi totidem verbis reddantur, quæ proponi initio solent promissi religionem violari existiment. (Quasi Oratori nihil supprimendum sit, quod ab alio aliquo inepte effertur) Agedum, tantilli temporis moram non mihi, cui graue est loqui amplius, sed vobis indulgete, quibus id haud dubie, gratum: vt in vestri gratiam, meo licet incommodo, præconem agam, qui hactenus officio Oratoris Sacri aut Commentatoris me functum abunde opinabar.

Digitized by Google

(Est enim Ros matutinus, vis oriens, ante Lucifer ortum genitus) quando animus purioribus & sanioribus intentus esse debet cogitationibus, vt eo tanquam saluberrimo pabulo, dulcissimoque, super nectar, & ambrosiam liquore nutriatur, & recreetur. Sitq; hiantis ad vitæ fontem ceruæ persimilis, quam ferunt, oriente Sole, æstiuis mensibus, tam ob æstum corporis, quam cœli, purissimum rorem ore patulo excipere eoque se reficere. Dilata os tuum & implebit illud.

Ore capit patulo Rorem *vaga cerua cadentem*
Rore *riges nobis torrida corda* DEVS.

Cicada Rore pascitur.

Hoc *Rore* sub Eucharistico Vel-

Vellere ſumpto, faciliùs cõmodiusque, quam cicada aereo vitam tolerabis. Dein canetur diuinis laudibus incenso.

O ter, quaterque felix,
In arborum viretis,
Cantare dulce gaudes,
Quocumque conſpicaris.
Te non ſenecta carpit:
Cantus amica, & omnis
Cicada, quæ ſupremis
Roris *potum vt bibiſti,*
Reginam agens potentem,
Tuũ eſt, quod arua pingues,
Feſtina terra alumna,
Mali & doloris expers.

Ab hoc *Rore* dici vos Rorarios milites opto. Quomodo vocabantur olim leuis armaturæ quidam, qui ante equum acies congrederentur fundis *Rorarii milites.*

Digitized by Google

(Est enim Ros matutinus, vis oriens, ante Luciferum geni, tus) quando animus puriori-bus & sanctioribus ingenuus esse debet cogitationibus, vt eo tanquam salubertimo pabulo, dulcissimoque, super nectar, & ambrosiam liquore nutriatur, & vegetetur. Sitq; hiantis ad vitæ fontem cervæ persimilis, quam ferunt, oriente Sole, æstiuis mensibus, tam ob æstum corporis, quam cœli, purissimum rorem ore patulo excipere eoque se reficere. Dilata os tuum & implebit illud.

Ore capit patulo Rorem *vaga cerua cadentem*
Rore *riges nobis torrida corda* DEVS.

Cicada Rore pascitur.

Hoc *Rore* sub Eucharistico Vel-

Vellere sumpto, facilius cõmodiusque, quam cicada aereo vitam tolerabis. Dein canetur diuinis laudibus incenso.

O ter, quaterque felix,
In arborum viretis,
Cantare dulce gaudes,
Quocumque conspicaris.
Te non senecta carpit:
Cantus amica, & omnis
Cicada, quæ supremis
Roris *potum ut bibisti,*
Regina agens potentem,
Tuũ est, quod arua pingues,
Festina nerua bellum,
Mali & doloris expers.

Ab hoc *Rore* dici vos Rorarios milites opto. Quomodo vocabantur olim leuis armaturæ quidam, qui ante equum aciem congrederentur fundis *Rorarii milites.*

Digitized by Google

ac lapidibus præludebant. Sic dicti teste Nonio, quod illi prælium, vt Ros pluuiam antecederent. Hinc Rorarium vinum, quod militibus rorariis dabatur, vt Festus adfirmat. Vos *Rorarii* estis: quia *Roris* huius pœnè animati guttulis conspersi, succo sobrie ebrii in hostem infernalem Roris instar, ruetis parati. Hoc rorarium vobis sit vinum.

Rorarius. Ros solis.

SVMMA votorum meorum esset, vt nunquam vos, vestrosque actiones *Roris* illius antelucani irroratione orbari permitteretis: sed prima cura esset, vt semper fœcundante hoc liquore perfunderentur. Sic sane nunquam adurentis læta virtutum fata concupiscetis, tanquam

quam Caniculæ ardor quicquam ex iis depasceretur, vobisque nouum, sed accommodatum rei præsenti *Rorariæ* nomen transcriberem. Hæc inter plantas exigua est, plerumque fabulosis ac vdis locis, interdum etiam in vmbrosis syluis proueniens: ignotam veteribus fuisse existimant recentiores. Vis illi est ad multos morbos imprimis efficax. Sed illud admiratione plenum: nunquam eius folia, caua, instar pusilli cochlearis, roscido quodam humore destitui, eorumque lanuginem admodum tenuem ac teneram guttulis quibusdam pellucidis semper madere. Vnde etiam nomen sortita est, vt Ros Solis, vel Roraria

raria appelletur illustris profecto imago, quæ innuit hominem, in summo licet cupiditatum æstu nunquam flaccescere, aut exuri, si Roris cælitus in Virgineum Vellus delapsi refrigerantem semper succum, quo refocillantur, aluntur, recreãtur animæ Deo caræ plena desiderii exæstuantis concha hauriat ac reseruet. Sine hoc igneus Cupidinis furor marcorem quiad exitium perducit, facillimè inuehit.

Ros in locis humilibus generatur.

PORRO, est quidpiam in *Roris* generatione singulare quod ad mysterii Incarnationis intellectum haud parum conducit. Docet Aristoteles in primo de meteoris: *Rorem* in ima ac humillima parte aeris

Meteor. l. c. 10.

Digitized by Google

ris generari. Quoniam calor talem vaporem excitans imbecillis est: alioqui, si vehemens esset, aut altius eueheret, aut omnino absumeret. Illud etiam constat non doctorum solum sed & rudium obseruatu: *Rorem* non in mõtibus, sed in vallibus, locisque aliis demissis reperiri. Tum quia vapor, è quo gignitur, nõ nisi è locis cauis & humidis exhalatur: tum maxime, quia venti quibus editiora loca perflantur vaporem distrahunt, atq; ita concretionem impediunt. In qua parte vniuersi *Ros* diuinus est concretus hodie? in ima ac humillima. Audistis-ne aliquando quæ orbis totius particula sit profundissima? his profundi-

tatem

tatem lacuum, puteorũ, fluminum & Oceani producere posſem, & ad orci centrum venire: sed secure asſero; Verum Virginem regionem esſe omnium profundiſſimam, quippe humillimam. *Ecce ancilla Domini.* Qui mox *respexit humilitatem ancillæ ſuæ.*

NIHIL admodum profuisſet ad maternitatem Dei, castitas: si illam non adornasſet ancillæ humilitas. Superba castitate mons fuisſet, è quo vanitatis venti omnem diuinæ gratiæ vaporem dissipasſent. Vt fontes exiliunt: Ita Ros concreſcit in conuallibus.

Ros tempore tranquillo & ſereno provenit.

QVI præterea, vt concipiatur, tranquillũ requirit tempus & serenitatem, in pace est locus

locus est. *Cum medium silentium tenerent omnia*: vt esset quies rerum in tranquillissimum & sereniſſimum Mariæ, nullis vnquam perturbationibus concussæ pectus *Verbum* vt *Ros* dilabitur: idque sine strepitu. Quocirca S. Bernardus *Roris* descensu actionis modum denotari existimat: Pluuia, inquit, voluntaria, nõ vt grando, vel imber procellosus sata sternens, & segeti interitum minitans.

Roris vtilitas.

HVNC *Rorem* assiduis clamoribus in vellus dimitti efflagitabant primi illi Velleris Aurei Equites, quorum carmen etiamnum supereſt, & concini solet Aduentus tempore suauissime: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum.* Nimirum

Digitized by Google

mirum, intelligebant hominum perspicacissimi, *Roris* cœlestis commoda admiranda. Quem imprimis desiderant messores, vt bene, ac facile messem queant demetere, integris spicis ac nullo grano præ ariditate dissiliente. Quamobrem felicitatis rusticæ promissio est, aut significatio, illa apud Isaiam cap. 18.

Messores optant rorem.

Is. 18. 4. *Sicut nubes Roris in die messis.* Quod viri 70. clarius extulisse sunt visi hac enunciatione: *Sicut nubes* roris *in die messis erit ante messem.* Et prouerbiorum 25. *Sicut frigus niuis in die messis.* Quo spectat illud scriptoris georgicon: *Humida solstitia atque hyemes orate serenas*, Agricolæ. Deinde

Prou. 25. 24.

Georg. 1.

--Nullo

---Nullo tantum se Mesiæ cultu
laetari & ipsa sua mirantur Gar-
garamasses.

Atque illud etiam, quod habet Columella, præceptum rei rusticæ, vt fœnum demetant villici antequam inarescat, roridum adhuc & humens. Quocirca Iobus, cum omnia sibi felicia pollicerentur, præclara metaphora, non solum fructus, sed etiam cœlestem illum *Rorem* sibi spõdebat, quo facile ac iucunde auelleretur, aut demeteretur mortis falce è vita, quæ magna pars est felicitatis mortalium: quibus optandum, vt inferantur in sepulchrum, sicut aceruus tritici. Col. lib. 2.

RADIX *mea*, inquiebat Patiens, *aperta est secus aquas: &* Ros Iob. 29. 19

mora-

Digitized by Google

morabitur in meſſione mea. Nam quibus non adfunditur cœleſtis ille *Ros*, cum difficultate ac ingenti doloris ſenſu præciduntur, è vita & cum magno labore moriuntur. Annon vere dicere potuit Mater noſtra: *Ros morabitur in meſſione mea:* nempe contra infernalium impetus aduerſariorum, meſſem omnem bonorum operum in ipſa adhuc herba frequenter vaſtantium.

Meſſis ſpiritualis rerum poſtulat.

DESIDERATIS-ne vos etiam copioſam operum bonorum meſſem? Vt dum hic euntes itis ac fletis mittentes ſemina veſtra poſtea venientes veniatis portantes manipulos veſtros: ita, vt nullum granum, vllius dicti, facti, cogitatus

Digitized by Google

gitatus præ ſiccitate demeriti deſiliat: Sed omnia in horreũ cœleſte inferantur, & ad meritum proficiam? Agite, ſupplici prece hunc *Rorem*, Chriſtum ipſum, ipſius gratiam, ac merita, vt in meſſione veſtra maretur, obtinete. Quicquid aggredimini Chriſtianæ fidei ac pietatis rore inſpergite: actiones omnes veſtras in finẽ, quem vera Chriſti religio præſcribit, dirigite. Nam ſine hoc, vt omnis, quantumuis bona videatur operatio, ad vitæ æternæ meritum eſt fruſtanea: ita eo inſperſa Rore, quantumuis minima videatur, infiniti eſt apud Deum ad regnum cœlorum conſequẽdum pretii. Mortem quietam, ſuauem, felicem in optatis

tis habetis? Moretur hic *Ros* in messione vestra. Christum in omni quidem vita. Sed circa finem potissimum adamate, colite, gustate, corde, ore manibus; ac, vt melleum *Rorem*, nunquam non lingua versate: tandemque in suauissimi nominis IESV prolatione spiritum emittite.

Ros plantulas recreat.

Ros plantulas recreat ac segetẽ ad maturitatem perducit. Quare existimãt nonnulli, Iobum se cum messe comparasse, optasseque sibi *Rorem*, quo complentur ac matureſcunt fructus. Hussitam sic loquentem introducit Auctor catenæ. Quemadmodum fructus rore, atq; imbribus lætificati, atq; completi suo tempore demetuntur:

Digitized by Google

tur : ſic ego in bonorum copia, ætate exacta, putabam ex hac vita me migraturum. Nihil ad animarum noſtrarum recreationem magis conducit, quam Chriſti irroratio. Hinc tantum in mediis tormentis gaudium tanquam ſi in nuptiali conuiuio lætitia diffluerent: hinc tanta in tenellis etiam ac virgunculis ad crucem raptis alacritas, tanta inter carnificum manus oris frontisque ſerenitas,

Ros humefacit terram.

Ros terram madefacit, irrigatque & herbeſcentem ſegetum viriditatem euocat ac nutrit. Idem in cordibus operatur Chriſtus, ſi influat. Nã areſcentem cordis tellurem inebriat, & germen educit. Tum ita reficit, vt in nutrimentum

mentum quoque transeat. Item, vt *Ros* concupiscentiæ æstum refrigerat, ac tollit. Denique, vt *Ros*, ita herbas irrigat, vt ex illarum fluens vertice in radice stillet. Sic Christus in verticem Congregationis nostræ, Deiparam primum descendit, mox ab illa defluens, membra irrigat. O *Ros* cœlestis, qui sicut pluuia hodie in Vellus descendisti vt saluum faceres genus humanum, Salua Sodalitatem Marianam in tui Matrisque honorem congregatam.

Obiectio tacita. SED, Videtur mihi, nescio quis insusurrare in aurem: Vbi-nam, mi Pater, splendidi promissi fides? An non addixeras, te sodales, quotquot sint, AVREI VELLERIS EQVITES

QVITES, pronunciaturum? Ita est, & sponsioni factum satis arbitror. At quoniam est aliquorum tanta iudicii seueritas, ruditatem dicere nolo, vt nisi totidem verbis reddantur, quæ proponi initio solent promissi religionem violari existiment. (Quasi Oratori nihil supprimendum sit, quod ab alio aliquo inepte effertur) Agedum, tantilli temporis moram non mihi, cui graue est loqui amplius, sed vobis indulgete, quibus id haud dubie, gratum: vt in vestri gratiam, meo licet incommodo, præconem agam, qui hactenus officio Oratoris Sacri aut Commentatoris me functum abunde opinabar.

I EQVI-

Digitized by Google

Equestrium ordinum Denominationes.

EQVITVM variis ordinibus apud Christianos denominationem dedit, vel diui alicuius tutela ac patrocinium: vel loci, in quo familia primum instituta, vel incrementi aucta nobilitas: Vel symboli inscriptionisque alicuius tessera. Nostis, vnde nomen desumpserit nobile Sodalitium, quod in Europa etiamnum floret. Equitum, qui olim *Hospitalarii* S. Ioannis Ierosolymitani nunc in Germania *Ioannitæ*: in Italia, patrum ævo, *Rhodienses*: modo, *Melitenses* audiunt. Non vos latet, vnde nomen Teutonicorum sanctæ Mariæ. Sciunt rerum Britannicarum periti, quidnam dederit nomen Ordini *Garteriorum* Equitum, qui à

A Diuo tutelari.
A loco.
A tessera.
Hospitalarii.
Ioannita.
Rhodii.
Melitenses.
Garterii

pereſce-

pereſcelide, vel fibulata faſcia gemmis, auroque ornata, qua crus ſiniſtrum, infra genu, obligant (quæ Anglis *Garter* dicitur) ordinis nomenclaturam ſumpſerunt, nobilitati in Bohemia, poſt pugnam Pragenſem, fugato Palatino Comite, cuius pereſcelidē Victori Maximiliano Bauaro ceſſiſſe refertur. Decantatū eſt apud Allobroges, vnde clariſſimus in Sabaudia Equitum exercitus titulum ſumpſerit: nimirum ab Annunciatione B. Virginis, cuius effigies illis à collo dependens ordinis eſt ſymbolum. *Equites Annunciata V.*

NON ignorabatur quondam, antequam Pontificia auctoritate deleti eſſent Tēplarii, qua occaſione nomen *Templarii.*

Digitized by Google

illud sortiti essent. Constat Hispanis ecquid nomen indiderit præclarissimis Ordinibus militaribus S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, quorum Rex Catholicus summus est Magister. Peruulgatum est apud Lusitanos nomen militum Christi: de Auis de la Palmera. In Hetruria vnde dicantur Milites S. Stephani, in Gallia, qui olim Equites stellæ: in Castella de la banda: in Burgundia del Toson: in Frãcia S. Michaelis: Romæ D. Petri cui non aliquando auditum?

Equites S. Iacobi. Calatrauæ. Alcantara.

Milites Christi. De auis Palmera. S. Stephani. Stella. De la banda. Del Toson. S. Michaelis.

CVM itaque Virginem Patronam Vestram, vere VELLVS AVREVM dicendam esse probauerimus, cur non, vt Deiparæ Sodales, sic *Velleris Aurei*

Sodales, aurei Velleris Equites.

Aurei Equites appellare vos possumus? AT fortasse, Equitum nomen, vt rationibus vestris minus accommodatum haud ita probatur. Sed meminisse oportet, id iis etiam tribui solere, qui nunquã equum frenarunt, modo ea sint nobilitate, animique virtute, vt in honorata militia vel republica eximii haberi possint. Ita apud Romanos Equitum nomen vsurpabatur. Ita etiam-num Equitum titulo gaudent non minorum gentium nobiles. Fortasse & apud Venetos Equites dicuntur, qui nunquam, nisi cymba vecti.

Equitum nomen cui conueniat.

SED dicam nobis scribet Illustrissima AVREI VELLERIS Equitum Societas. Neq; enim

Cur Sodales non sint nominãdi Aurei Velleris.

Digitized by Google

enim fas est nomen familiæ ab aliis iure merito vsurpatũ sibi arrogare. Symbolum alterius stirpis, & gẽtilitii stemmatis insignia sibi assumere non licet. Titulum ab aliis præscriptione factum proprium arripere iniustum est. Non reor equidem vllum hic subesse periculum: modo ad distinctionem legitimam hęc discrimina, vel notaueritis, vel constitueritis.

Primum discrimen inter Velleris Aurei Milites, & Sodales Parthenicos.

PRIMO quidem, vt VELLVS vestrum adiuncto signetis, & dicatis, *Marianum*. Siquidem Principum illorum ordo nomen accepit ab aureo Argonautæ Iasonis *Vellere*: id est, *Iasonio*. Quod in diplomate, Burgundiæ Dux Philippus, cognomento, Bonus

Ex Velleris adiuncto.

Digitized by Google

nus Caroli Audacis Principis nominatissimi parēs, dum Anno Christi MCDXXX. ordinem promulgaret auctoraretq; diserte profiterur. Deinde cum illorum insigne sit torques è collo dependens, cum lamella, in qua crux Burgundica, & ferrum cum silice excussorio: *Aureumque Vellus* in icone ac sigillo, Vobis nullus è collo, ex sodalitatis quidem instituto, torques defluat: sed illius vice, globulis, velut rosulis, apte nexis, corolla Deiparæ in collo, si vultis, aut ad cingulum, aut quod mea est votum, in manibus: *Vellus Marianum* in pectore interius non deforis deferte, vt Ordinis Vestri tesseram. Illis militiæ corporalis munia corde

Anno 1430.

Secundū discrimen ab insigni.

Torques illis.

Rosarij Sodalibus.

Vellus Marianum in pectore.

Tertium discrimen à munis & armis.

Digitized by Google

sint: Vobis exercitamenta spiritualis. Illi pro verbi æterni honore, ac gloria, quod in *Vellus* descendit, ense, ac hasta dimicant: Vos precę, & votis. Illi pro Ecclesia catholica, quæ *Velleris* illius *Rorem* ad se traduxit, corpus exponunt: Vos animum. Illi in perfidos hæreticorum cuneos, in impias Turcarũ moschеas, fœda Saracenorum, Maurorumq; idola ferro armantur: Vos contra exitiales Sectariorum technas, blandissimas voluptatum illecebras, iniustas, & Dei ac Matris honori aduersarias impiorũ machinationes, lingua, stylo, orationisque assiduæ armis muniti in procinctu semper consistite.

Equitibus sunt arma corporalia.

Sodalibus spiritualia.

ILLI

ILLI se Christianos Gedeones, equis, curru, sclopis, omniq; bellico apparatu præstant. Vos estote Gedeones, panoplia fidei, accipientes *armaturam Dei vt possitis resistere in die malo: succincti lumbos vestros in veritate, induti loricam iustitiæ, calceati pedes in præparationem Euangelii pacis, sumentes scutum fidei, galeam salutis, gladium spiritus.* Sic eritis Gedeones, diuini nominis propugnatores strenui, confortati in Domino: à pusillanimitate spiritus, & tempestate erecti. Quilibet è vobis, felici præsagitione, mutato nomine, vel ascito, dicatur, vt Gedeon, *Iero-baal*, aduersæque partis aras euertens, lucos malignitatis obscuræ succidens, & ve-

Gedeones Spirituales.

Ad Eph. 6.

Soda'in Ierobaal.

Digitized by Google

ræ fidei professione, ac virtutis buccina clangens in Tartari exercitum impetum faciat. Erit Mater Vestra vobis *Vellus*, signum infallibile victoriæ contra hostes obtinendæ.

Titulus deferatur Equitibus.

ADHÆC, Magnis illis heroibus illustrissimi Ordinis *Aurei Velleris*, titulum, vexilla, ac honorificam illam denominationem deferte: atq; erga illos obsequium: Vobis fat sit, *Velleris Aurei Mariani* memoriam sedulo colere: nominis autem illius honorifici inuidiam defugere: Vestram erga Agnum illum qui tollit peccata mundi religionem publice, palamque profiteri: *Gedeonici* recordationem *Velleris* nunquam ex animo deponere.

Res cedat Mariæ cultoribus.

Digitized by Google

ponere. Nolite, quod de quibusdam olim dixit Diogenes vt arietes in *Aureo Vellere* videri: sed *Aurei Velleris Mariani* amatores, Equitesque auratæ Patronæ clientulos vos præstate. Tandem, vobis cordi sit, ad cœlestis patriæ, in qua vere aureum seculum, auream felicitatem votis aspirare, & operum heroicorum virtutumque omnium officiis tendere.

FAXIT Deus æternus, quod opto, vt qui arbitrio suo in *Aurei Velleris Mariani* sunt allecti sodalitatem, nunquam aliena fraude, aut culpa propria in nigerrimorum Vellerum fœditatem deformati, eius se ostendant indignos patrocinio, cuius non specioso *Epilogus*

Digitized by Google

magis nomine, quam præclaro imitandi ſtudio excellere ac gloriari ipſos debere demonſtrauimus. Voti compotes erimus ſi deſcendat in vos Virginis filius, *Sicut pluuia in Vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Quod abs te, DEVS humanate, vt in Matris eique deditorum Sodalium gratiam non dedigneris, ſupplici ter efflagito, ac obteſtor.

NOTÆ.

VELLVS AVREVM.

DE hoc ſcripſerunt Gulielmus Mennes Lib. De *Vellere Aureo*. Ioannes Baptiſta Vrientius Lib. de Ducibus Brabantiæ in Præf. Hadria-

Digitized by Google

Hadrianus Barlandus Annot. in lib. illius cap. 90. Pontus Heuter. lib. 4. rerum Burgundicarum, Lazius in Genealogia Auſtriacorum. Vide etiam Serarium Iudicum 6. Martinum Delrio Polemica 6. Pagninum Iſagoge de ſenſibus myſticis Sacræ ſcripturæ, *Ros*, *Vellus*. Hieronymũ Lauretum Sylua Allegoriarum, *Ros*, *Vellus*. Petrum Berchorium in Repertorio Moral. ſub iiſdem vocabulis.

PHRYXVS Athamantis ex Nephole filius, cum nouercales inſidias ferre non poſſet cum Helle ſorore profugit acceptoque à patre Ariete, cui Vellus erat aureum, eoq; conſcenſo, cum in Aſiam trajicere vellet, Helle puellari timore

timore exterrita decidit in mare: ꝙex eius nomine Helle-ſpõtus appellatur. Phryxus incolumis in Colchidẽ peruenit ad Regẽ Æthen: Vbi Arietem Ioui, vel, vt alii, Marti immolauit, *Velluſque* illud *aureum* in tẽplo ſuſpendit, quod poſtea Iaſon, Medeæ adiutus ope abſtulit. Aries autem inter ſidera locatus priſtinam effigiem tenuit. Hinc *Phryxeum Vellus.*

Dumq; adeunt regem, Phryxeaq; Vellera poſcunt.

LAZIVS in Geneal. Auſtr. l. 1. Philippi Audacis filius Ioannes, cum bello nomen dediſſet, quod Sigiſmundus Imperator aduerſus Turcas infeliciter geſſit in acie capitur: Adductusque ab Amurathe tyran-

Digitized by Google

tyranno in Asiam, aliquot annorum seruitium tulit, in ea commodum prouincia, vbi quondam Iason VELLVS AVREVM quæsiuerat; & D. Andreas salutare verbum annũciarat. Is redemptus postea, Ordinem siue Militiam instituisse fertur AVREI VELLERIS, in quam adhuc maximi quique Principes cooptantur, torque aureo conspicui, in quo S. Andreæ crux, & ferrum cum silice excussorio, AVREVMq; VELLVS expressa cernuntur. Quod ratione instituerit, sic accepimus.

Quo tempore Amurathes circa annum MCDXV. ingentibus copiis Palæologũ Græcorum Imperatorem aggressus fuerat, adhortante Romano

Digitized by Google

mano Pontifice Christianos Principes, Sigismundi Imperatoris castra sequutus cum ceteris Principibus Ioannes Burgundiæ in ipsa clade inter multos captiuos cessit. Quem cũ forte Astolgaldus Astrologus penitius contemplatus fuisset, dubiũ, an ex arte, an ex aliis quibusdã vaticiniis, prędixisse dicitur ꝙ is demum Princeps, atq; eius stirpis quispiam Turcicum imperium deleturus sit, qui ignẽ in pectore ferret. Quod omen Burgundus ad se trahens, aut de historia Colchica, vel fabula potius Medeæ edoctus, quæ iis quondam finibus euenerat, Ordinẽ primum omnium animo concepit, quem deinde instituit.

Hæc

Hæc cum Ponti historia, & diplomate Philippi minime consentiunt.

IN Philippi Boni tumulo est isthæc inscriptio.

Defensioni Ecclesiæ eligimus
Insigne Vellus aureum nostro ordini
Tuta à nobilibus, qua Ecclesia firmior esset.

Nobilis inuentus Velleris ordo mihi est.

In carmine quod Collegiũ Pragense obtulit Imperatori Anno MDLXXXV. hæc leges.

Hunc autem Heros animo retinete calorem,
Atque agni nitida splendens in imagine Vellus,
Non vt Iasonium fictum, sed symbolon amplum
Virtutis

Digitized by Google

Virtutis calidâ date circum viscera cordis
Velleris est usus vester servetur ut ardor,
Qui collem Domini multa propagine fœtum,
Vindicet à dirâ laniatu iraque ferarum.
Vester honos vestrũ prægrandi fœnore pignus
Ut super Arcturum pietas evecta residat,
Et reereent feros æterna trophæa nepotes.

QVANTVM laboris exhaustum pro Vellere illo Phryxio vel tuendo, vel rapiendo?

Græcia Barbarie lento collisa duello est.

Quando hinc Æetes Solis natus in bellum omnes Euri & Aquilonis populos trahebat: inde

inde totus Græciæ flos in arma ruebat.

Cum lecti iuuenes argiuæ robora pubis
Auratam optantes Colchis auertere pellem
Auſi ſunt vada ſalſa cita percurrere puppi

Quid nobis faciendum vt Aureum cœli Vellus nobiſcum reportemus?

ROS.

ROs à veteribus pro humore & aqua vſurpatur frequentiſſime. Interdum *rorem aquæ*, rorem liquorem paraphraſticè dixit Lucretius. Ita *rorem lacrymarum* Naſo: *rorem ſanguinis* Lucanus: Horatius, *maris Rorem*

pro

Digitized by Google

pro aqua marina. Et Propert. lib. 2. 26.

Vidi te in somnis fracta, mea vita, carina,
Ionio lassas ducere rore manus.

Alibi vero:

Qui rore puro Castaliæ lauit crines solutos

Græcis quoque δρόσος id valet interdum. Euripides σιαλίου δρόσου dixit & κρηναίων, Gifan. in Lucr.

Georg. 4:

---Vasti circum gens humida pŏti
Exultans rorem late dispergit amarum

id est, aquam salsam. Vide Iacobum Pontanum ad illud Virg. 5. Æneid.

Ecce Deus ramum lethæo rore madentem.

Legen-

Digitized by Google

Legendus idem de roſcida Luna lib. 3. Georg.

Solis ad occaſum cum frigidus aera Veſper
Temperat & ſaltus reficit iam roſcida Luna.

An ſic dicta quia Luna ſilente plurimus ſemper ros decidit. quis credat, cum in plenilunio tantum roris ſit copioſa generatio. An igitur, quia Ros Iouis ac Lunæ fingebatur filius. Macrobius tamen ſeptimo Saturnal. Aeris & Lunæ filium facit. Vide Victorium lib. 14. cap. 17.

Eleganter Lucretius roriferas noctis vmbras dixit li. 6.

Hinc vbi roriferis terram mox obruit vmbris

Ariſtoteles 1. met. ſcribit rorem fieri ex vaporatione modica,

Digitized by Google

modica, cum pluuia ex largo vapore generetur.

Virgil. Ecl. 5.

Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ
Semper honos, nomēq; tuum, laudesq; manebunt.

De rore & cicadis Theocritus in Thyrside Lege Pontanū in symbolis Virgilianis.

ROSMARINVS, libanotis coronaria dicitur: de eius virtute Herbarii & plantarum scriptores. Consule Adamum Lonicerum lib. de arboribus & fruticibus.

ISAIÆ 26. 19. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.* Expergiscimini & laudate, qui habitatis in puluere, quia Ros lucis, Ros tuus. De re valde iucunda & salutari Ros dicitur,

Digitized by Google

tur, qualis est gratia resurrectionis, qua vitæ mortui restituuntur. Quæ hic in Hebræo dicitur *Ros lucis*. LXX. vertunt *Rorem salutarem*. Pagninus legit, *Ros olerum*: Clarius, *Ros herbam proferens*: alii, *Ros herbarum viuentium*. Sensum esse volunt: Vt rore pullulant olera, sic tua virtute mortui resurgent. Non male per lucem, aut vitam intelligas remissionem peccatorum, quã Christus *Ros* Patris stillat in animas peccato mortuas. Vide Delrio Adag. DCCXLIV. *Ros refrigerabit ardorem*.

IDEM in speculo Mariano Polemica V. Magna plane similitudo VELLERIS est & MARIÆ. Vellus candore commendatur. Nihil candidius

Digitized by Google

dius est Maria. Pulchra & splendentia Vellera, veteres AVREA vocabant. Quid splendidius ea, quæ sole amicitur? Quid ea pulchrius, quæ tota pulchra est, & in ea macula nulla reperitur? Innocentis & mansueti animalis exuuium est Vellus. Quid innocentius, & mansuetius MARIA? Vellus carni arcte adhæret, sine carnis tamen vulnere detondetur: Nonne Deipara degens in carne, carnalis expers fuit vulneris, & contagionis? Velleris solida mollities, sic aquæ meatum præbet recipiat permeantem: Dominæ nostræ erga Deum patulus, & bibulus amor fuit: lenis, & mollis humilitas: sed solida

Digitized by Google

solida castimonia, & sanctitas inuiolata.

Teste Plinio libr. 2. nat. Xanthus Phrygiæ fluuius rufo colore lanas imbuit. Longe præstantius hodie noster *Ros* Vellus maternum, à quo nutriebatur, nutriens purpurauit, vt *comæ eius* (lanitium Velleris) *sint sicut purpura Regis vinctacanalibus.* Vt est Cantic. 7. 5.

AVREVM VELLVS, inquit S. Ambrosius lib. 5. Hexaem. *Aqua nutrit, & lanam in memorati metalli speciem littora gignunt.* Littoribus istis est similis PATRONA Nostra, sicut enim littora Oceanum marginibus suis concludunt: sic eius vterus in mẽsum licet miserationum mare tot mẽ-

Digitized by Google

sium cancellis angustis terminauit. Si tantum possunt leges naturæ, nonne plus poterunt dona gratiæ, & absoluta voluntas Creatoris? Cur ergo non credamus VELLVS AVREVM MARIANVM gratia Christi in vterum eius descendentis splendidius inauratum: de cuius aureo Lanicio AGNVS DEI AVREVS prodiit: cuius lana delictorũ sanat vulnera, & cunctorum operit nuditatẽ populorum.

CHRISTVS Ros est matutinus; quia teste Zacharia ca. 6. 12. *Vir oriens nomen eius*: quia teste Dauide Psalm. 109. ante Luciferum genitus fuit Rosiste. *Ros matutinus*, sed non dissimilis Rori marino non dissimilis rori aerio, non dissimilis

lis auro potabili. Nulli horum dissimilis, nec tamen vlli horum æqualis, quia simul omnibus excellentior. Lege has comparationes, in Auctore. consule etiam Ioannem Lorinum in Psalmũ 71. 6.

Vellerisà madore defensi cum circumquaque maderet tellus miraculum renouatum obseruat Baronius Tom. 12. An. 1125. in D. Bernardi Epistola cum sub dio scriberetur subitusque circumcirca imber decideret, neque tamen compluueretur charta.

IOANN. DAVID in Pancarpio Mariano pie hunc titulum illustrat, carmenq; præfigit.

Arida roranti, ficco rorantia campo

Digitized by Google

Vellera tu nostra sanctior arrha spei.

De eodem lemmate agit Antonius Spinellus in libr. cui titulus MARIA *Thronus Dei*, cap. 24. & 32.

Methodius oratione in Hypapante ad Deiparam: *Tu incomprehensibilis illius* Roris VELLVS.

Proclus Episcopus Constantinopoleos de Deipara: *Hæc* Vellus *mundissimum cœlesti pluuia madens, ex qua Pastor ouem induit.*

Sophronius Sermone de Assumptione, Vellus Gedeonis typum Virginitatis Mariæ asserit fuisse.

Ambrosius Sermone 13. MARIA *recte* VELLERI *comparatur: quæ ita concepit Dominum*

num vt toto cum corpore hauriret, nec eius disciſſuram corporis patereturr: ſed eſſet mollis ad obſequium, ſolida ad ſanctimoniam. Quid tam ſilenter & ſine ſtrepitu fit, quam cum imber in lanam Vellus infunditur.

Petrus Chryſolog. Serm. 143. *Vellus cum ſit de corpore, neſcit corporis paſſiones: Sic Virginitas cum ſit in carne, vitia carnis ignorat. Cœleſtis ergo imber Virgineum in Vellus placido ſe fudit illapſu: & tota Diuinitatis vnda bibulo ſe noſtræ carnis celauit in Vellere, donec per patibulum Crucis expreſſum terris omnibus in pluuiam ſalutis effunderet.*

S. Bernard. Sermon. 2. de Annunciatione. *Singulariter fructus ventris tui eſt Chriſtus, ſed ad omnium quidem mentes te*

Digitized by Google

mediante peruenit. Sic nimirum, sic olim, Ros *totus in* Vellere, totus in area: sed in nulla parte Areæ totus, sicut in Vellere fuit.

Ex hoc Vellere Christi corpus tanquam indumentum esse contextum Patres quidam insinuant. Ambrosius Serm. 13. de Natali. *Recte* MARIA *Velleri comparatur de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus plane* MARIA *est. Siquidem de molli sinu Agnus egressus est, qui & ipse Matris lanicium, hoc est, carnem gestans molli Vellere cunctorum operit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus Christi lana suffunditur: Christi fouetur sanguine, & vt sanitatem recipiat: Christi indumento vestitur.*

Epi-

Digitized by Google

Epiphanius hæresi 83. *Eua est texens vestes sensibiles propter Adam, quem denudauit: ipsi enim datus est hic labor: quoniam per ipsam nuditas inuenta est. Ipsi datum est corpus amicire sensibile propter nuditatem sensibilem,* MARIÆ *vero datum est à Deo, vt pareret nobis Agnum & Ouem: & ex gloria ipsius agni & eius factum est nobis velut à Vellere in sapientia per virtutem ipsius indumentum incorruptibilitatis.* Quibus verbis Ambrosius & Epiphanius significant Christi corpus esse veluti indumentum Verbi hypostatice ei vnitum & ex Vellere Matris contextum, ac simul esse indumentum, quo nostra nuditas operitur.

Psal. 109. 3. *Ex vtero ante luciferum*

ciferum genui te. Aliqui vertunt: *Ex vtero Auroræ*, Ros *natiuitatis tuæ.* Quibus indicatur Christum ex purissimis sanguinibus, ex vtero virginali conceptum, & ex ea genitum, tanquam *Rorem*, quem aurora demittit, atque idcirco mundo gratissimum adueniſſe. Vide Lyranum, Ianſenium, Titelmanum, Bellarminum, Lorinum.

Ora-

Digitized by Google



Hanc Violam lege Virgo puer, lege virgo puella:
Non veniet calathis pulchrior ulla tuis.

Digitized by Google

ORATIO QVARTA.

MARIA

PATRONA

Viatorum.

Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis Filiæ Principis.

Cantic. 7. 1.

COMES PEREGRINANTIVM.

O. P. N.

Dicta in festo Visitationis.

Peregrinatio B. V.

HODIE VIRGO-MATER, Patrona nostra, è Nazarethico conclaui, vbi obstupescente cœlo, fœcundata erat Dei humanati conce-

Digitized by Google

conceptu, in Cariatharbe, domicilium sibi carissimorum agnatorum, Zachariæ, Elizabethæ, & Ioannis infantuli, *cum festinatione*, alatis, vt concipere iuuat, pedibus, peregrinationem instituit. De cuius itineris longitudine, modo, terminis, dicant alii; fas mihi sit, hoc tempore, vobis non inuitis, imo sponte comitantibus, nam socios vos esse desidero, proficiscenti Dominæ Comitem me adiungere. Audiui enim illam nullo stipatam visibili pedissequarum comitatu, licet inuisibili circumdatam Mentium beatarum agmine, ad montana iter arripere constituisse. Verum præcedemus aliquantulum, & dum, tãquam

ſoliciti anteambulones, Reginæ noſtræ commodam hoſpitii ſtationem procuraueri-mus. (Eſt enim Nazaretho, vſq; ad oppidum Cariathar-be, vel Hebron, tridui iter) aduenientem præſtolabimur, & cotidie hoc carmine inter-calari excipiemus.

2. Cantatur. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis Filia Principis!*

Abiit cū feſtinatione. Cui acclamationi hic ſub-eſt ſenſus. Pulcherrima Virgi-num, ſupremo Principe geni-ta, eiuſdem futura coniunx, cuius filia, ac mater, licet properes, &, *cum feſtinatione*, vel, vt eſt in Græco, μετὰ σπουδῆς; & in Syriaco codice, *betilaith*, id eſt, diligenter, ſedulo, naui-ter, ideoque feſtinanter mon-tana petas, lento paſſu alias proce-

procedere solita, siue ne diu in publico morere, vt vult antistes Mediolanẽsis, hoc addito, pro fœminis non magis, quam adolescentibus monito: 1. Ne moretur in publico.

Discite & vos non per alienas domos circumcursare: non in plateis morari: non aliquos in publico miscere sermones. Maria *in domo sera, festina in publico mansit apud cognatam mensibus tribus.* Siue præ gaudio, quod motum accelerat: siue, quia DEo plena tarda molimina nesciente: siue, quia spiritu agitata, cuius impetu rapiebatur: siue, quia, vt Origenes commentatur, Christus in vtero Ioannem expiare festinabat: tamen, vt adstricto, & concinno es pede, non laxa, diuaricante, aut spaciosa S. Amb. lib. 2. in Luc. 2. Præ gaudio. 3. Quia Deo plena. 4. Quia Spiritu agitata. 5. Quia Christo impellente.

ſpaciosa planta prodiga: ita ingreſſu, inceſſuque non leuis, non inordinata, non, quæ ſaltantes capreas imitetur, vaga: ſed qualis es pede, talis es inceſſu, decore & maieſtate pleno, quo indicetur natalium tuorum generoſitas. Profecto, vel ex pede colligo, te regio ortam ſanguine, magnifeſte filiam Principis.

Greſſus. Pedes.

PORRO, quamuis per *greſſus*, ſiue pedes, varia intelligant ſacri Interpretes: idem enim hic ſignificat: ſiquidem: *ſpecioſi greſſus in calceis*, ſeu *calceamentis*, Hebræa phraſi, ſunt pedes formoſi, & amicti ornatis, pretioſisque calceis: tamen, libet hic accipere primo, ſimpliciter pro affectionis celeritate, ac promptitudine,

Digitized by Google

dine, qua DEIPARA iter arripuit: aut ſimpliciſſime, pro ipſo inceſſu. Cui pro triduii itinere, tantum enim ſpacii è Nazareth, ad Zachariæ domum in Cariatharbe eſſe diximus, diuerſa ſandalia, ſiue calceos adſignabimus, vt merito quotidie aduenienti occinamus: *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis?*

PRIMO autem die lubet DOMINAM contemplari calciatam auro puriſſimo. Male, inquis, quid enim aurũ cum calceis, quibus lutum calcatur? Fateor, parum aurum habet cum ſocco ruſticanæ puellæ, multum cum cothurno & ſandaliis filiæ Principis. Diocletianum, quia Princeps erat

Calceus aureus.

Diocletiani calcei.

Digitized by Google

erat, exornasse calceamenta auro, gemmis, ac margaritis, ex historia Romana nouimus. Cæsares alios calceis virilibus vsos, quibus aurea Aquila intexebatur, insigne principatus summi, lego alicubi. Calcei ex auro fuerint oportet Reginarum, Ægypti, ac Persidis, cum tanti fuerint pretii, vt celeberrima vrbs Anthylla daretur in calceamenta Augustarum, si vera narrat in Euterpe Herodotus.

Cæsarum calcei.

Reginarum Ægypti & Persidis.

CERTIVS est, quod scribit Horatius Tursellinus, fuisse etiamnum, auorum memoria, Reginæ Lusitaniæ pēsitatum vectigal, soccorum & crepidarum nomine, quadringentos aureos, è Como-

Vectigal crepidarum nomine.

Horat. Tursel. Vit. Xau. li. 2. c. 8. Quadringenti aurei.

rino

rino promontorio, oræ piscariæ, quos Franciscus Xauier, vt in Canacapolas, sic Christianæ rei curatores vocant, conferrentur, obtinuit. Hinc illud eiusdem Diui extat scriptum, ad Catharinam Reginam, falsum æque, ac pium: Non alios fore soccos, aut crepidas aptiores, quibus ipsa scanderet in cœlum, quam pueros Christianos oræ piscariæ, eorumque institutores. Quare orare se, vt soccorum, crepidarumque suarum vectigal, ad sternendam sibi in cœlum viam, illorum præceptoribus attribueret, læta tali commutatione, qua nullam potiorem optare potuisset. Illa, vt erat fœmina insigni religione, totam rem valde pro-

Digitized by Google

de probauit: suumq; illud tributum canonicos pol s neophytorum magistris, volens ac libens concessit. An non aureæ fuerunt crepidæ, quarum precium in annos singulos quadringenti aurei? Pretiosiores forrasse illæ, vt crepidæ. Sic calcei, quorum titulo obtulit Margaritæ Austriacæ, cum illam duceret Philippus III. Rex Catholicus, Neapolitanum regnum centum aureorum millia?

Calcei aurei. Imo calciabantur olim delicatulæ, quamuis nulla insignes corona, modo χρυσοπέδιλοι, siue aureis calceamentis: modo rubris, ac purpureis, modo *Purpurei.* *Compuncti.* κεντητοῖς, hoc est, compunctis, modo incisis, ac gemmatis soccis. Apud Græcos quoq;

pueri-

Digitized by Google

puerilis caſtigationis genus erat inter nobiles, aureo ſandalio excipi, vt Lucianus ſcribit. Itaque non eſt abſurdum Reginarum Dominam aureis indutam calceis concipere. *Lucian. in Philopſeud.* *εἰς πυγὴν ποδὶ ἐδαν.*

AVRVM vero, Caritatis eſſe ſymbolum, in arcana ſapientia, notius eſt, quã vt multis probari debeat. Hæc autem fuit, quæ primo Imperatricis noſtræ pedes ad hoc iter calciauit. Quamobrem primæ diei calceos in Virgine *Calceos Caritatis* recte nominabimus. Nam, cum calcei nihil aliud ſint, quam pedum quædam vincula, apta tamen ad motum, optime caritati conuenit ea denominatio. Caritatem enim Apoſtolus cenſet eſſe *vinculum perfectionis*, vt ſcrib.t *Aurum. Caritas.* *Calceos caritatis.*

Digitized by Google

scribit epistola ad Colossenses cap. 3. quod nimirum pedes nostros, id est affectus, desideria, & virtutes adstringat, ac cõtineat. Quam etiam ob causam catenulæ illæ aureæ, quæ vincula quædam erant in Pontificis Iudaici Rationali, quod depingitur Exodi 28. Caritatẽ adumbrabant, quæ, catenæ instar aureæ nectit vniuersa ac religat, vt expendit Beda Venerabilis.

Officiosa caritas B. V.

NVNC MARIÆ Virginis officiosam caritatem, hoc maxime itinere spectatam, explicarem, nisi vererer, infantia laudantis detractum iri potius plurimum, quam accessurum summæ apud vos æstimationi aliquid. Nequeo tamen silere, amica DEIPARÆ, in

Digitized by Google

RÆ, in sacro conclaui, otia, & quietam altissimamq; rerum diuinarum contemplationē Virgini acceptissimam interrumpi: tum itineris permolesti longitudinem: adhæc, difficultatē accliuis viæ, ac malignos in montana aditus, & assensus difficiles: denique, siniſtros hominum rumores superari non potuisse, nisi caritate MARIÆ, quæ pedibus alas ad volandum addebat, ad fatigationem insolitam tolerandam alacritatem submiſtrabat, ad itineris molestias mitigandas leniorem spiritum, ac auram suggerebat.

Quomodo in itinere se habuerit Deipara.

CONTEMPLARI hic possent piis commentationibus dediti VIRGINEM-MATREM hoc primo itineris die, dum

Digitized by Google

dum ſol medio cœlo violenter omnia circumquaque vreret, & vmbras auferret, vel ad viridantis fagi, vel annoſæ quercus dilatata tegmina, & opaca confugientem: aut ad viui fontis ſaxum aliquod, aut ceſpitoſo in culmine conſidentem, vt æſtum frangat, & amata ſecreta, quæ deſeruiſſe videri poteſt, quo quomodo repetat. Aduolare autem ad orantem, & ſuauiſſimo afflatu diuina patientem Spirituũ ſupernorum agmina: è cœlo dilabi ad famulatum minores illos ignes: è terra prorumpere florum, herbarum, fruticum omnigenam copiam: ventos ipſos auram mulcere, & ad murmurantes fontis riuulos lenem ſtrepitum advolupta-

Officia Angelorum, clementorũ, ſtirpium erga B. V.

Digitized by Google

luptatem excitare, ac erraticos palmitum lapſus pendulis nexibus ſponteſua cõuolui, & viteam porticum, ac frondea tecta Virgini momento temporis operari.

Angelicas vero mẽtes Reginam ſuam ſalutatum venerabundas accedere, gratulari, mirari inſolitos inceſſus: quærere, quomodo tam tenera itineris aſperitatem perferat? quis labores, quis moleſtias tantas ſua ſerit? illam reſpondere humaniſſime: Dilectus, quem vtero geſto, *ordinauit in me caritatem*, Canticorum 2.4. vel, vt Hebræa ſonãt: *vexillauit in me caritatem*: hoc eſt, vexillum in me erexit, Amorem: aut, ſtatuit me ſub vexillo Amoris: &, vt impedi-

Angelorum cum B. V. colloquium.

tas,

tas, laborioſasq; vias ſuperē, calciauit me auro puriſſimo, ſandaliis dilectionis, ipſa caritate. Itaque, vt milites, poſt defatigationem, puluerem, & cruciatus varios ad vexillum ſuum reſpiciunt, & victrices alites, illoque ſpem ſolantur ſuã; ita ego, modicis quidem corporis viribus laborioſum iter ſuſcipio, ſed vexillum meum, quod cõſolatur, frequenter intueor, caritatem. illa animum addit, pedes impellit: imo, pedum vnicum alatum inſtrumentum eſt caritas. Illa magis, quam ſole hoc flagrantiſſimi tempore ardoris æſtuo. Creſcit in horas ſingulas dilectio in DEVM ac proximum. Ne deficiam,

Fulcite

Digitized by Google

Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.

VERE, Domina, flacceſcũt tibi vires, quas non deterit labor, ſed amoris ardor. Nimium tibi pedes ſtringit *calceus caritatis*. Nimium te arctat vinculum dilectionis. Auguror fore aliquando, vt hoc nexu tam arcte Dilecto coniungaris, vt dum continuo magis in amato, quam amante habitas, per has amoris flãmas, hanc incendii in penitis viſceribus graſſantis acrimoniam, per hunc caritatis enſem, vinculũ illud, quo corpus auimæ eſt colligatum debilitetur, incidatur, abſumatur, vt animam corpus diutius continere non valeat. Ita factum eſſe, cum vi amoris mor-

Deficiũt vires B. V. amoris vehemẽtia.

Digitized by Google

taliter viuere desiit MARIA, proprio loco demonstrauimus. Vtinam nunc liceret declarare eius erga vos caritatem: nam illam erga Deum, superuacaneum est commemorare. Vellem equidem vobis nota esset. At, mihi credite, tanta est, si vos sitis, qui esse debetis, & nomine præfertis, MARIÆ filii, vt nihil in humanis inueniam, cui eam comparem. Si accumulem matrum, quæ fuerũt, omniũ, tenerrimum adfectum erga paruulos: nutricum amorem erga infantulos: patrum pia viscera erga filios: animalium flagrantissimum ardorem erga fœtum, nihil dixero: infinitis pene partibus amor MARIÆ, & caritas erga fidos sibi Sodales,

Caritas erga mortales: & Sodales potissimũ B.V.

Adfectus Matrum.

Nũtricum.

Patrum.

Pecudũ.

Digitized by Google

Sodales, quæ fingi possunt omnia superat.

Itaque ad hanc confidenter, vt ad matris dilectissimæ sinum, accurrite, ab eius misericordiæ papillis, vt à nutrice fœcundissima lac petite: ad tam amantis baiulæ vlnas arrepite: ad eius ardorem à peccati frigore, & glacie criminum prouolate. An non merito occinimus: *Quam pulchri sunt gressus tui, in calceamentis*, caritatis, *Filia Principis*? *Confugiendum ad Mariã.*

PORRO caritatis affectũ fuisse vnam inter præcipuas causas, quæ Virginem Matrẽ impulerint, vt Elizabetham salutaret, mihi nullum est dubium. Audio Theophylactũ, dum inquit: *Abiit Virgo ad Elizabeth, & gaudens de bono cognata:* *Caussa Visitationis.*

Luc. 1. Gaudiũ ob bonum cognata.

gnatæ: quod est caritatis officium: gaudere cum gaudentibus: non audio, dum subdit: *& volens*, vt *prudentissima maiore certitudine certior reddi, num vera dixisset, qui apparuerat ei, vt ex hoc nec de suo dubitaret. Prudens enim cum esset, timebat, ne forte deciperetur: &, non, vt incredula, sed vt diligens explorare volebat.* Allucinaris Theophylacte: sciebat certissime Domina, illum, qui nuncium de cœlo attulerat, Angelum fuisse Gabrielem: non ignorabat, se, peracta legatione oratoris diuini, Filium Dei concepisse, quod & vterus demõstrabat: sentiebat alia, quæ prægnantem se esse testabantur. Quomodo ergo timeret, ne deciperetur, aut maiorem certitu-

Digitized by Google

certitudinem quæreret? Audio Ambrosium, qui diserte pronunciat: *Non quasi incredula de oraculo: nec quasi incerta de nuncio: nec quasi dubitans de exemplo: sed quasi læta, pro voto, religiosa pro officio, festina præ gaudio ad montana perrexit.* Audio Bedam Venerabilem, dum ita disserit: *Intrat Virgo domum Zachariæ, non quasi dubia de oraculo, quod acceperat, sed vt gratulatura de dono quod conseruam Elizabethã accepisse didicerat.* Quod etiam habet Simeon Metaphrastes: *Festinauit Virgo*, inquit, *vt gratularetur Elizabethæ de nouo nuncio nouæ conceptionis.* Congratulari autem iis quibus res è voto cessit, suadet caritas: contrarium inuidentia.

Ambros. in Luc.

Beda in Luc.

Orat. de S. Ioan. Bapt.

Digitized by Google

Audio denique recentiores omnes diuinorum oraculorum Interpretes vnius ore loquentes: cum ciuitas, quam Maria petebat, Cariatharbe, viginti duobus milliaribus ab vrbe Ieroſolyma diſtaret, erat Galilææ & Iudææ diuerſarũ regionum pars aliqua Diuæ Virgini peragranda. Itineris neque morata flexus eſt Deipara, neque ætatulam excuſauit, nec committere voluit, vt vel incitanda ad iter eſſe videretur. Magna caritatis eſt vis, quæ virginem à ſolitudine, receſſuque abſtrahit, & à quietiſſima conſideratione rerum diuinarum abducit: etſi nihil inquietum in Virgine, quæ vbique locorum ſui ſimilis permanebat. Amor celeres

Cariatharbe 20. milliar. diſtat Ieroſolyma.

Caſ. Baro. in Appar. num. 58. 59.

Ioa Boniſ. in hiſt. Virg. lib. 1. caſ. 1.

Digitized by Google

leres pennas adhibuit: puellare corpus exercuit: ad insuetum laborem perpulit: atque itineris molestias mitigauit. Idem amor Virginem incitabat ad gratulationis officium vltro præstandum. *O quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis caritatis filia Principis!*

Imitanda in peregrinatione Deipara.

VTINAM & nobis ad montana Christianæ perfectionis contendentibus acclamaretur à bonis Geniis, *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis caritatis filii Principis.* Princeps per excellẽtiam est DEIPARA, quæ Principem Principum genuit: huius omnes filii sumus, qui in Marianum Sodalitium allecti, eius singularem cultum ac venerationem profitemur. Sed ô quam

Digitized by Google

vereor, ne multorum gressus, id est, pedes, non sint pulchri in calceamentis caritatis, sed fœdi in calceamentis vanitatis.

Vanitas in crinibus.

Eo enim ventum hoc tempore, vt vanitas non contenta sede capitis, quod modo speciosissimũ iudicatur, cum antiis & capronis cincinnatis à fronte in oculos, & labia ipsa; ab occipite in humeros & vltra, à temporibus vltra aures, licet longissimas & satis erectas, vt in Arcadia solent, dependentibus, Megæræ caput videri potest, quæ Furiarum fuit celeberrima; aut Medusæ, cui angues, vt quibusdam nunc crines, in os, humeros, dorsum defluebant; aut Leonis, cui omnis influitantibus

tantibus iubis est formositas.
Nec spectari tantum velit in collaribus, tum striatis, tum complanatis, tum in altum elatis, tum ad pectus & dorsualem spinam complicatis, &, mapparum instar, aut carbasorum, pectus velãtibus, reor, ne ad mẽsam ex ore decidente saliua, aut pulte thorax inficiatur. *Vanitas in collaribus.*

Nec insidere solum velit capitis tegumento, galeris, qui nisi tam lati sint marginis, vt totum caput obumbrent, & fungum faciant ex homine, censentur rustici. *Vanitas in pileis & galeris.*

Neque videri solum cupiat in thoracibus, ante, ac pone, imo, & manicis scissis, fissisque, & omni ex parte patentibus, vt indusiolum etiam videri possit, sæpe tam candi- *Vanitas in thoracibus.*

Digitized by Google

Vanitas in caligis.

dum, quam eorum vultus fuliginosi, qui funibula solent euerrere, albi Æthiopes. Neque versari tantummodo velit in caligis, aut Hispano more follicantibus, aut Gallico tympani instar, segyrantibus, aut Britannico, pendentibus, aut Belgico, tuburcinatis, aut Heluetico, diuersicoloribus, aut sueuico adstrictis, & corporis membra omnia exprimentibus; dependentibus inferne ligulis purpureis, aut cæruleis, aut flauis, quibus, si totidem adnexæ essent nolæ, & tintinabula, vix opus esset aliis ad cõuocandam plebem campanis. Neque vagari tantum velit per tot nullius vsus, sed ad meram ostentationem inuentas, & vsurpari solitas fascias

Vanitas in fascijs auralibus, baltheis, cingulis.

Digitized by Google

fascias crurales, dentatas, complicatas, contortas: tum cingula vlnam integram lata: balthea serica, palliola nõ ad tegendum corpus, sed ad inuoluendum brachia comparata.

REPETO: Vanitas nõ contenta sede capitis, non tot aliis corporis partibus, non tam varia inanitatis merissimæ supellectile, ad pedes etiam dilapsa in calceamentis locum inuenit. Cerne mihi illum adolescentem, istum iuuenem, hunc virum, sodales sunt omnes: an etiam ordinis Ecclesiastici? nõ opinor: nam nullum in iis signum apparet clericalis modestiæ, non tonsura, non habitus, non incessus. Cerne, dico, istos, bene

Vanitas in calceamentis.

Digitized by Google

comatos, bene lobbatos, bene petasatos, bene sericatos, bene fimbriatos, bene ligulatos, bene laciniatos, ambulare per tabernas, volitare per plateas, cursitare per palæstras, notabis lubricantem gressum, & petulantem in calceis, tam incisis & oculatis, vt vix pedem contegant: tam adstrictis, vt pedem vix contineant: tam fenestratis, vt pedum digituli conspiciantur & emineant. Nec satis decori essent, nisi aut mendaci rosula superne ex bisso concinnata ornarentur: aut constringerentur auriculæ, quæ in calceis ligula serica tam propendente, vt gressum impediat, tam longa, vt non sit maior, quæ corpus cingit. O

quam

quam fœdi sunt gressus vestri in calceamentis vanitatis filii Principis!

QVAM putidum est, ac puerile ex istiusmodi puparum ornamentis nomen venari! quam indecorum, hæc pedum, vt æstimantur à vanis, decora consectari! quam ociosum in his infantium nugamentis horas non paucas fallere, & precioſissimum tempus prodigè dilapidare! De clericis non loquor, quos istis vanitatibus oblectari non existimo equidem, cum audiuerint, vel legerint seuerum, sed necessarium hoc quoque tempore in Germania, si alibi vsquam, Synodi Carthaginiensis quartæ decretum, hisce verbis conceptum,

Pudenda calceorũ vanitas.

Digitized by Google

ptum, cap. 45. *Clericus professionem suam & habitu, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec* CALCEAMENTIS *decorē quærat.* Quod obseruauit, si quis alius, è Carthaginiēsis Eccle-

Syn. 4. Carthag. c. 45.

siæ proximis Episcopis Aurelius Augustinus Antistes Hipponensis, cuius vitam describens Possidius: *Vestes*, inquit, *eius, &* CALCEAMENTA, *& lectualia ex moderato, ac competenti habitu erant: nec nitida nimium, nec abiecta plurimum, quibus plerique veliactare se insolenter homines solent, vel abiicere: ex vtroque non quæ* IESV CHRISTI, *sed quæ sua sunt, quærentes.* Prudenter, fortasse & acute, ac mordaciter conciliū Tridentinum in decreto de Reformatione: *Etsi habitus non fa-*

Poss. vita S. Aug. c. 22.

Trid. c. 3.

cit

cit Monachum, oportet tamen clericos veſtes proprio congruentes Ordini ſemper deferre: vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant. Tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religionisq; contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem clericalem parui pendentes veſtes etiam deferant publice laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. Obſeruate, quod dicit de pedibus: cuius hic videtur eſſe ſenſus: duplici calceo quoſdam vti; militari, & clericali: militari in foro; clericali in templo: vel vbique bifariam calciari, clericaliter, & militariter: Sed de his non agimus, quos reueremur. Iudicem habebunt

DEVM,

Digitized by Google

DEVM, qui iudicio non parent humano.

Seculatibus dedecorosa vanitas calceorum.

DE iis loquimur, qui libertati suæ relicti, nullis sunt adstricti Ecclesiasticæ seueritatis legibus. Horum etiam, si viri sunt, & Mariani cultores nominis, imitatores modestiæ, dicimus fœdos esse gressus in calceamentis vanitatis. Id vel profanis auctoribus cõuicero: apud quos prouerbio iactabatur: Σικυώνια σικύδια: *Calcei Sicyonii*: de re pulchra quidem, sed quæ virum parum deceat. Nam Sicyone non procul à Corintho molles & delicati pro mulieribus conficiebantur calcei. Quocirca detestabantur hoc calceamentorum genus, quicumque inter effœminatos censeri

Calcei Sicyonii.

Digitized by Google

conferri non volebant, & in nobiliori sexu numerari. Certe de Socrate agens Cicero, eius laudat constantiam ac virile pectus, nec vsurum fuisse dicit, quamuis oblata fuissent, Sicyoniis. Cum enim illi Philosopho scriptam orationem disertus Orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, & ea, pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit. Sed, inquiebat, vt, si mihi CALCEOS SICYONIOS attulisses, non vterer, quamuis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi ac oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Tantopere abhorrebat ab ornamento

Lib. 1 de Orato.

Digitized by Google

naméto minime virili, quales est calceus delicatior. Magis abhorrere deberet Christianus qui legem non ignorat à
Deut. 22. 5. DEO latam Deuteronomii 22. *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea. Abominabilis est enim apud DEVM qui facit hæc.* Quam ad calceos etiam extendi debere existimant vir grauissimus Ludouicus Sotto-Maior cõ-
Cant. 7. mentario in Cantica. Vbi addit, Mulieres pro tempore & loco, ac secundum indulgentiam posse decere mollia, & delicata; & preciosa calceamenta, non item viros. *Nihil enim turpius*, inquit, *quam si vir istiusmodi calceamentis muliebribus utatur.* Mimis, histrionibus, & saltatriculis eius generis

neris calcei concedi possunt: nam & apud Athenæum lego, saltatores in conuiuiis vsos Sicyoniis: iuuenes virosq; seriis deditos non decent. *Ath. lib. 4.*

QVOD si fœdi sunt gressus in calceamentis vanitatis, profecto pulchri esse nequeunt in calceamentis luxuriæ, ambitionis, inuidentiæ, quæ vsurpantur à pluribus. Cum tu vino madidus, & lasciuia æstuans, sub noctem eo te cõfers, quo clara luce ingredi puderet: cum ad platearum angulos cum sodalibus te nequioribus volitas: cum ad obsidendam amicæ triueneficæ domum cum ludionum turba proficiscaris: cum è taberna vinaria te proripis, comitibus Baccho, Venere, Cupidine, *Calceamenta.* *Luxuriæ, Ambitionis, Inuidentiæ.*

Digitized by Google

ne, præcinentibus inferorum tympanistris, citharam pulsante Beelzebubo, testudinem mouente Asmodæo, chelym concutiente Cerbero, & per vrbẽ discurris, grassandoque bonorum quietem disturbas, si aures tibi essent, tam ad cœli, quam ad Orci concentum patulæ, audires, haud dubie, è superum choro, cum detestatione tibi ingeminantes Genios: Quam fœdi sunt gressus tui in calceamentis lasciuiæ, fili Cacodæmonis.

Calceamenta ambitiosis.

Cvm malis artibus ad honorum culmen ascendere niteris, cum beneficia Ecclesiastica, dignitates, sacerdotia, prælaturas, insulas venatum vadis, trans alpes, aut cis, in curia,

Digitized by Google

curia, vel capitulo: cũ ad primos accubitus in cœnaculo, ad prima ſubſellia in concilio, ad primas cathedras in templo auſu temerario contendis, audires, niſi aurem ad ſalutaria occluderes. Quam fœdi ſunt greſſus tui in calceamentis ambitionis fili tenebrarum Principis!

Calceamenta inuidentia.

CVM ad vindictam ſumendum de inimico, triſti fronte, audaci, minacique vultu, torua facie, micantibus oculis, citatiſſimo gradu properas: cum ad detrahendum proximo: murmurandum de ſuperiore: conuiciandum vicino: calumniandum fratrem vadis ad commilitones eiuſdem tecum furfuris. Cum celeri curſu non ad montana virtutum

Digitized by Google

tum aſcendere conaris, ſed in ſcelerum voraginem, ac malorum barathrum te præcipitas. Nam *veloces* ſunt *impiorum pedes ad effundendam ſanguinem*, vt eſt Pſalmo 13. &, *Pedes impiorum ad malum currunt*, vt loquitur Salomon in Prouerbiis: perciperes dubio procul, niſi aurem, vt aſpis, obturares ad vocem *incantantis ſapienter*, feralem cantilenam: Quam fœdi ſunt greſſus tui in calceamentis nequitiæ, fili Satanæ. Sed ſpero neminem è Sodalibus Marianis reperiri, cui funeſtum illud carmen accini debeat: opto omnes eſſe tales, vt mereantur ſuauiſſimi concentus apprecationem illam, qua Dominam ſuam proficiſcentem proſequuntur:

Pſal. 13. Prou. 1.

Digitized by Google

tur. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis* caritatis *filia Principis!*

AT cuius coloris dicemus fuisse primi diei calceamēta Virginis? Memini me legere inter alia sponsæ cœlestis decora: *caput tuum, vt Carmelus,* Quem licet plerique montem Phœniciæ excelsum, amœnitate vinearum, & fructuum omnium, teste Theodoreto, copia nobilissimum interpretentur: cui simile dicatur caput sponsæ, altius videlicet, speciosius, & ornatius, quam cæterarum fœminarum: tamen non displicet coniectura Rabbi Abenesræ, qui opinatur *Karmel* accipi in eo elogio pro colore coccino. Quo pacto, secundo Paralipomenon libro,

Color puniceus.

Cant. 7.5

Carmelus.

2. Paral. 2.7.

Digitized by Google

libro, capite secundo vbi nos legimus, *Mitte mihi virum eruditum, qui nouerit operari in coccino:* in Hebræo est *Karmel.* Quo significetur, caput sponsæ fuisse simile coccino, propter roseos, hoc est, auri more, ruffos, seu flauos capillos. Verum, sensu magis arcano, caput sponsæ Virginis, recte dixeris esse caritatem, quę caput est, ac princeps virtutum reliquarum. Hæc *Karmel* merito denominatur: id est, punicea, vel coccinea, quia sorta ardens ac rutilans. Ex quo causam desumo accommodatissimam, cur DOMINA nostra in peregrinatione huiusce coloris calceos vsurpauit.

Karmel. Coccinus.

MOREM ptiscis fuisse inuenio,

Pralianes in punicea.

uenio, vt prælium inituri amicirentur puniceis: saga erant punicea, paludamentum puniceum, quodlibet aliud corporis tegmen puniceum. Sic Xenophon lib. 6. Pædiæ, scribit Cyri vniuersum exercitum ære fulgurasse, puniceoque floruisse ornatu. Abdaratum etiam Ducem, inter arma, ac ornamenta, purpurea tunica ad pedes vsq; protensa indutum lego. Et, ne desint exempla è sacris nostris petita: apud Prophetam Nahum cap. secundo: *Viri exercitus* Chaldæorum, id est, milites dicuntur fuisse *in coccineis*, hoc est, chlamydibus coccineis vestiti. Quod Tigurina versio reddit: *Viri militares purpurati.* Placuit id etiam Nah. 2. 3.

Digitized by Google

Plut. in Fabio ac Brute. I. Lip. l. 4. de Mil. Ro. c. 12. Hom. Iliad. θ. de Agamemnone. Purpuream en de manu valida tollens sibi veste. Plut. de pugna Antiochi cum Cleomene. Quiescere iussit donec à rege sublata esset punicea vestis super Sarissam extensa. Diodo. libr. 6. Æn 9. Cristaq; regit galea aurea rubra.

Romanis, quorum milites tunica russa, siue coccinea induebantur, dicti ideo russati, vt ex Plutarcho, ac Isidoro docet Iustus Lipsius. Similem tunicam, vt signum prælii, exponebant in prætorio, conflicturi cum hoste. Quod Græcos quoque vsurpare ex Homero & Plutarcho discimus. Vt autem plane rubri essent, galeis suis cristas apponebant puniceas.

Purpurei cristis iuuenes.

Canebat ille. Idem Hispanos factitasse author est Diodorus scribens: circum capita galeas æreas illos ponere puniceis ornatas cristis. Id Polonis, Moscis, Turcis, Saracenis, quos fere paludamento coccineo prodire videmus, hodie-

Digitized by Google

hodieque in vſu eſſe animaduertimus. Fortaſſe olim non veſtis tantum, ſed & ocreæ, ac calcei erant coccinei, vt nũc Eccleſiæ Romanæ Cardinalium, à capite ad calcem, corpus.

QVÆ cauſſa, cur milites veſtirentur coccineis? opinor hanc eſſe, vt ſanguis, ſi quis ex impreſſo vulnere eſſet expreſſus abſorberetur à cocco: tum illi ſine pauore confidentius dimicarent. Iam ſuſpicor vos dictionem meam cogitatione veſtra præcurrere & intelligere quid efficere velim. Peregrinationem ſuſcipiebat Virgo-Mater arduam ac periculoſam. Eundum illi erat per ſentes ac dumeta: verendum erat, ne ſe in ſpinas, &

Milites veſtiti Coccineis.
Quare? Mart. Roa. lib. 1. ſingul. c. 2.
Cor. à lapide.
Nahum 2.

Digitized by Google

rhamnos indueret: ne conci-deret in itinere, ne acuta saxa sanguinem elicerent, sicque tenellam à proposito reuoca-rent. Itaque calceos induit caritatis puniceos, quæ san-guinem ebibant, ne vsquam appareat, vt licet saucia, tan-quam nihil passa, propositi te-nax, procurrat. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis* caritatis *filia Principis!*

Purpu-rea tuni-ca in la-boribus assumen-da.

IDEM, vtinam, vobis per-suadeam, Sodales, si quando vel salutis vestræ causa; vel ad proximorum vtilitatem dis-currendum erit: si per mole-stiarum senticeta, & calami-tatum dumos eundum: si per ignem, & aquam ad saluan-dam animam ambulandum. Nimirum, vt non solum coc-

cineos

Digitized by Google

cineos caritatis calceos, Virginis exemplo, sed etiam puniceam dilectionis diuinæ tunicam superinducatis. Sic fiet, vt si vsque ad sudorem & sanguinẽ laboraueritis; quod tamen raro in animæ causa contingit; hæc russata chlamys sanguinis rubricam exsorbeat: & vos pauore omni, ac timore depulso confidentius dimicetis.

Caritatis color purpureus.

NEC quis me reprehendat, quod caritatis calceos purpureos faciam: est is natiuus caritatis color. Siue quia caritas, virtus est nobilissima, ac regia: constat autem coccum, seu purpuram, nobilium esse, ac regum proprium esse indumentum. Siue, quia coccineus color, vel purpureus

Caritas virtus regia.

Digitized by Google

Ignis. ad ignem accedat, igneæque virtutis sit index. Quod caritati maxime conuenit, quæ ignis est ardens, & vrens. Vnde & amor profanus ignis vocatur. Purpureum autem cũ dicis, purum, vrentem, puta ignẽ, dicere videris. Quocirca & ignis à Poetis vocatur purpureus, ac purpura ignea. Et quoniam maiorem caritatem nemo habet, quã, vt animam suam det; ideo Martyres, coccinei milites Christi vocantur, tum quia caritate, tum quia sanguine purpurantur suo. Imo coccinei sunt fideles omnes caritate flagrantes: secundum illud, quod de sponsa scribitur Canticorum 4. *Sicut vitta coccinea labia tua:* scilicet, *vt sermo*

Cantic. 4. 3.

semper

Digitized by Google

semper caritate ardeat: passione Agni & sponsi rubeat: qui semper debet esse in corde, semper in ore, candidus, & rubicundus, dulcis IESVS. S. Bern. de Pass. Domini. cap. 31.

AT nimium fortasse detinemur in primæ noctis hospitio, ad quod cum DOMINA peregrinante diuertimus. Quieuit, surrexit, ad iter se accingit: comitemur: vel præcurramus: peruenimus ad metam: subsistamus: expectemus Dominam: en venit comitata millibus millium: acclamemus: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* Sed quibus est vsa calceis die hoc altero? Solent enim Reginæ, ac Principum filiæ, cum veste, cotidie pedum ornamenta mutare: Lu- *Calceamenta Humilitatis.* *2. Cantatur.*

Digitized by Google

bet huius diei calceamenta indigitare *Sandalia Humilitatis.* Hanc enim alteram cauſam fuiſſe peregrinationis, ac Viſitationis Marianæ in confeſſo eſt. Expreſſit illam clariſſime Venerabilis Presbyter, Beda, verbis iſtis: *Intrat* Virgo *domum Zachariæ, non, vt verbum Angeli, mulieris atteſtatione probaret: ſed, vt mulieri prouectæ ætatis Virgo iuuencula miniſterium ſedula impenderet.* Quod fuit humilitatis æque, ac caritatis. Conſonat D. Antoninus: qui, *Virgo*, inquit, *cum Eliſabetha tribus menſibus ſtetit, vt in partu tunc futuro ei ſeruiret. Et quis vnquam audiuit talia, vt Regina grauida pergat ad ſeruam ſuam ad miniſtrandum ei in partu?* Simi. lia habent alii Interpretes.

Sandalia.

Itaque

Digitized by Google

Itaque non male dicimus Reginam noſtram ſecundo itineris die adornaſſe pedes *Sandaliis Humilitatis.*

QVÆ vſque adeo in MARIA DEO placuit, vt de hoc calceamentorum genere dici poſſit, quod eſt Iudith 16. *Sandalia eius rapuerunt oculos eius.* Mirum ſane. Lectiſſima matrona, filia Merari Iudith, exuerat ſe veſtimento viduitatis, lauerat corpus ſuum, vnxerat ſe myro optimo, induerat ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſrael venuſtarat faciem ſuam ceruſſa, ac ſtibio, colligauerat cincinnos ſuos mitra, aſſumpſerat dextrariola, & lilia, & inaures, & annulos, acceperat ſtolam nouam, materia artifi-

Humilitati Mariæ Deo gratiſſimæ. Iudith 16. 11.

Digitized by Google

tificioq; elegantissimam, denique omnibus se visendam præbebat ornamentis muliebribus ad decipiendum Holophernẽ: & tamẽ signate de calceamentis dicitur: *Sandalia rapuere oculos eius.* Vncta erat Iudith, fucata, & calamistrata, omnique mundo muliebri circumdata: non tamen Holophernem ceperunt ac subegerunt magis, coma, stola, chlamys, fucus, quam calcei. *Sandalia rapuerunt oculos eius.* Fuerunt in Virgine-Matre virtutum omnium decora. Prophetarum sapientia, Apostolorum zelus, Martyrum caritas, Confessorum temperantia, Doctorum scientia, Eremitarum abstinentia, Virginum puritas. Sed quid prolecta-

Digitized by Google

lectauit Deum? calceamenta Humilitatis: *Sandalia rapuerunt oculos eius.* Adeo, vt non dubitauerit adfirmare Bernardus; Mariam Virginitate placuisse, humilitate concepisse. Tunc enim DEVS primum humanitatem induit, cum Virgo humilitatis illa verba pronunciauit: *Ecce ancilla.* *Serm. super Missus.*

ANistud fortasse indicauit Patrona nostra hoc ipso die, dum in hymno illo suo super omnes poetarum Odas suauissimo, Deum respexisse, vt solemus res pulcherrimas, *Humilitatem ancillæ suæ* profitetur? Quamuis enim ibi, nomine *Humilitatis*; quia in Græco est ταπείνωσις, non autem ταπεινοφροσύνη, abiectionem, vilitatem, exiguitatemque signifi- *Respexit Humilitatem.* ταπείνωσις. ταπεινοφροσύνη.

Digitized by Google

Cajetan. Euthym. Ianſen. Iſidor. Clarius. Barradius.

catam velint aliqui ac ſi dixiſſet Virgo: DEVM magnificat anima mea, atq; exultat, quia meam humilitatem, hoc eſt, abiectionem, reſpexit, dum miſericordiæ pleniſſimos in me oculos coniecit. Tamen iis magis aſſentior, qui vtrũq; eodem vocabulo optime indicari contendunt. Significat enim illa ipſa vox virtutem humilitatis interdum. Sic enim Matthæi 11. Chriſtus ſe vocat πραεὶς καὶ ταπεινὸς. Et in prima Petri quinto cap. ac Iacobi 4. humiles dicuntur ταπεινοὶ. Quocirca crediderim ſingulari ſpiritus diuini afflatu Virginem & vilitatis ſuæ mentionem feciſſe, & facto humilitatem exercuiſſe, & verbo non obſcure vtramque indicaſſe.

Matth. 11.

1. Pet. 5. Iacob. 4.

CETE-

Digitized by Google

CETERVM, Humilitatem esse quoddam calceamentorum genus, seu potius cothurnos, quibus pedes muniuntur, ac ornantur, intelligi potest ex illo psalmi 107. *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.* Promittit enim ibi DEVS se proiecturum in Idumæam, id est, gentilitatem calceamentum: hoc est, Humilitatis, & abiectionis totius exemplar, ac Incarnationis, humillimæque conuersationis suæ mysterium. Hac autem tanta Humilitate intellecta, Gentilitas non amplius mancipii, sed amici instar habebitur. Hoc enim toties optarant, posterorum nomine, qui inter Gentes DEO carie-

Humilitas calceamentum.

Cothurnos. Psal. 107 Psal. 106

Digitized by Google

rierant: *Exurge* DEVS *in præcepto, quod mandasti.* Nimirum exhibe humilitatem illam, quam nobis præcipis, *& Synagoga populorum circumdabit te.*

Calceamentum. Incarnatio.

Sic Patrum plerique calceamentum exponunt Lucæ 3. & Matthæi 3. in illa Ioannis laudatoris, & Baptizatoris Christi protestatione: *Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti eius*: hoc est, summã filii DEI in Incarnatione humilitatem non sum dignus angustiis comprehendere mentis humanæ: atque inopis vilitate sermonis absoluere. Vnde & Isaias dixit: *Generationem eius, quis enarrabit?*

Ambros. lib. de instit. Virg. c. 14.

Isaiæ c. 53. 8.

Declarat autem perbelle Alanus analogiam Incarnationis, & calceamenti. Calceamentum,

tum, inquit, solet fieri de pelle mortui animalis : nec tota pellis cedit in calceamentum hominis, sed potius pars pellis. Humana autem natura mortificata erat per pœnas & culpam. Hanc pellem humanæ naturæ circumstantem habuit : sed non totam, quia ita adsumpsit pœnam, quod non culpam. Sic ergo quasi calceamentū applicuit, quādo humanam naturam adsumpsit.

AT *Sandalia Humilitatis* Virgini haud conueniebant, immurmurat aliquis. Quid cœlorum Reginæ, ac Imperatrici cum vilitatis calceamēto? Falleris. regale est, virtute Humilitatis, quippe altissima, vt cothurnis, ornari. Eo enim

Humilitas exaltat.

enim ipso, quo quis humilis, celsus est, ac sublimis: quo superbus, infimus, & abiectus. Quare, quod Christus, humilitatis omnis exẽplar ac idea dixit: *Qui se humiliat, exaltabitur*. Matth. 23. non solum accipio, postquam se humiliauerit: sed ipso Humilitatis officio actu-ue supremam quãdam altitudinem, ac dignitatis gradum: ipso vero superbiæ, ac arrogantiæ effectu summam abiectionem ac vilitatem obtinebit. Fortasse ob hanc causam, dum sponsam humilitatis calceamentis ornatam deprædicat, vocat illam, *filiam Principis*: quasi his ipsis super omnem celsitudinem euecta sit, & Principi DEO facta proxima.

Matth. 23.

PRO

PROFECTO, videtur hoc innuere Humilitatis amantissimus Augustinus, qui lib. 14. de ciuitate Dei cap. 13. *Est*, inquit, *aliquid Humilitatis miro modo, quod sursum faciat cor, & est aliquid elationis, quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, vt elatio sit deorsum, & Humilitas sursum. Sed pia Humilitas facit subditum superiori. Nihil est autem superius DEO. Elatio autem, qua in vitio est, eo ipso quod respuit subiectionem, cadit ab illo, quo nihil est superius: & fit quod scriptum est in psalmo:* Deiecisti eos dum eleuarentur. *Non enim ait*, dum eleuati fuissent: *vt prius extollerentur, & postea deiicerentur: sed*, dum extollerentur, tum deiecti sunt. *Ipsum quippe extolli*, iam deiici est. PRÆ-

Humilitas sursum eleuat cor. Aug. lib. 14. de Ciuit. cap. 13.

Psal 72.

Digitized by Google

Humiles ponuntur in ſublimi. Lib. 6. moral. cap. 68.

PRÆCLARA ratiocinatio eſt Magni Patris: cui non cedit illa Magni Pontificis illuſtrantis verba Iobi: *Qui ponit Humiles in ſublimi.* In ſublimi, ait, Gregorius, Humiles ponuntur, quia cum ſe ex humilitate ſubſternunt, altæ mentis iudicio cuncta temporalia tranſcendunt. Et cum ſe indignos in omnibus æſtimant, rectæ cogitationis examine huius mundi gloriam tranſcendentes calcant. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis* Humilitatis *filia Principis!*

Superbiæ mortalium.

I nunc, qui Virginis patrocinio gaudes, & honori tibi debito detractum opinare, ſi humilibus, id eſt, vilioribus te iungas: ſi pauperibus, id eſt, Dei de proximo amicis, ac filiis

Digitized by Google

Iiis inſeruias: Si Lazari plagas cum Beatiſſima Catharina Senenſi oſculere; ſi leproſum aliquem cũ pientiſſimo Columbino, quod ſodalium eſt officium, quando occaſio ſeſe offert, in humerum tollas: ſi vt delicati animi faſtidium exuas, manantem ex vlceribus ſaniem elephantiaci cum Franciſco Xauerio exſugas: ſi, quod leuius, ægris in noſocomio adſiſtas, & lecto adfixum conſolere: ſi pedes peregrino abluas; quod non pudet facere, in orbis theatro, purpuratos Patres, Eccleſiæ Principes: nõ ſummum Pontificem: ſi viſites in carcere te minorem, & adflictum, cum videas matrem tuam, Matrem Dei, Reginam Angelorum, Imperatricem.

S. Catharina Senenſis.

S Io. Columbinus.

S. Xauier

Digitized by Google

Humiles ponuntur in ſublimi. Lib. 6. moral. cap. 68.

PRÆCLARA ratiocinatio eſt Magni Patris: cui non cedit illa Magni Pontificis illuſtrantis verba Iobi: *Qui ponit Humiles in ſublimi.* In ſublimi, ait, Gregorius, Humiles ponuntur, quia cum ſe ex humilitate ſubſternunt, altæ mentis iudicio cuncta temporalia tranſcendunt. Et cum ſe indignos in omnibus æſtimant, rectæ cogitationis examine huius mundi gloriam tranſcendentes calcant. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis* Humilitatis *filia Principis!*

Superbiæ mortalium.

I nunc, qui Virginis patrocinio gaudes, & honori tibi debito detractum opinare, ſi humilibus, id eſt, vilioribus te iungas: ſi pauperibus, id eſt, Dei de proximo amicis, ac filiis

Digitized by Google

liis inſeruias: Si Lazari plagas cum Beatiſſima Catharina Senenſi oſculere; ſi leproſum aliquem cũ pientiſſimo Columbino, quod ſodalium eſt officium, quando occaſio ſeſe offert, in humerum tollas: ſi vt delicati animi faſtidium exuas, manantem ex vlceribus ſaniem elephantiaci cum Franciſco Xauerio exſugas: ſi, quod leuius, ægris in noſocomio adſiſtas, & lecto adfixum conſolere: ſi pedes peregrino abluas; quod non pudet facere, in orbis theatro, purpuratos Patres, Eccleſiæ Principes: nõ ſummum Pontificem: ſi viſites in carcere te minorem, & adflictum, cum videas matrem tuam, Matrem Dei, Reginam Angelorum, Imperatricem

S. Catharina Senenſis

S Io. Columbinum.

S. Xauier

Digitized by Google

ratricem vniuersitatis submittere se, ac visitare famulam, & seruire se multis partibus inferiori.

Nardus symbolũ Humilitatis.

QVÆ Humilitas in Virgine Deo tantopere arrisit, vt ipsa de se testari potuerit: *Dum esset Rex in accubitu suo* Nardus *mea dedit odorem suauitatis*: hoc est, vt Rupertus Abbas interpretatur: Humilitas mea, quã Dominus de altissimis respexit, per *Nardum*, fruticem humilem, radice breuicula, subamara, odorata significata, tã fragrantis fuit odoris, vt ad ipsum Deum in accubitu suo regali consistentem peruenire potuerit. Quid autem est accubitus Regis, nisi cor, vel sinus Patris? Ibi consistens filius, odore delectatus submissio-

Nardus frutex humilis.

Digitized by Google

missionis meæ, in vterum meum descēdit. In quo dum esset hac humili excitus Visitatione, iterum se prodidit. O MARIA! *quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis* Humilitatis *filia Principis!* An idcirco fortasse respexit Humilitatem tuam sponsus, quia pulchra ad se adspectum rapiunt? & dicere potuisti: *Sandalia mea rapuerunt oculos eius?*

SED nouis induta calceis ad iter se accingit DOMINA die tertio. Præcedamus. Iam Cariatharbem attigimus. Sistamus in limine domus Elizabethę, & aduenientem Patronam consalutemus festiuo carmine: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis* *Calcet Religionū.* *3. Cantatur.*

mentis filia Principis. At quibus calceamentis? Vocabimus illa *Religionis*, quæ virtus cultū DEO debitum tribuit, & animum ad omnem pietatis exercitationē reddit idoneum.

Religio qualis virtus.

PORRO Religionem quoque, ac Dei cultum sibi Deiparam in hac ipsa officiosa profectione proposuisse, nullum est mihi dubium. Quamobrem laudes à Ioannis matre delatas non agnouit: sed prima earum auditione (vt commētatur vir pius) sui immemor ad solum bonorum omnium auctorem, ac fontem respexit: in cuius laudes tota prorupit, Hymnumque illum cœlo, terræque gratissimum, qui, quicquid ad Religionem spectat, in se continet,

Ioa. Bonisac. in Hist. Virgin. lib 1. cap. 11.

Digitized by Google

net, & quo idcirco toties ad colẽdum Deum vtitur Christiana religio, ſuauiſſime eſt modulata. Religione igitur non minus, quam Humilitate, & caritate calciata profectionem ſuſcepit Deipara.

MATERIAM, coloremq; horum calceorum indicauit Propheta, aut potius DEVS apud Ezechielem: vbi cum varia ſponſæ ornamenta numeraſſet, pedum non immemor; *Calceaui*, inquit, *te Ianthino*. Scilicet calceo Ianthini, ſiue hyacinthini, vt vertunt 70. id eſt, violacei (*ἰὰ* enim Græcis eſt viola) & cœleſtis coloris. Calcabat quidem terram, cum proficiſceretur Deipara, ſed in cœlo eius erat conuerſatio: in terra corpore: in cœloani-

Calceus Ianthinus Hyacinthinus. *Ezech. 16.10.*

Officia Religionis B. V. in itinere.

lo anima: ibi mentem cum eo, quem ardentissime amabat, sensusque coniunxerat: ambulando meditabatur diuina: voluebat animo cœlestia: contemplabatur æterna: laudes DEO decantabat, in ara cordis summo rerum Auctori sacrificium offerebat; voluntatem, vt holocaustum, igne ardentissimi amoris eidem consecrabat: intellectũ in obsequium fidei immolabat: extra se rapta, Deo magis, quam sibi inhærebat: sicque iter arduum, & flexuosum emetiebatur: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis* Ianthinis Religionis *filia Principis!*

Affectibus tanquam pedibus mouebatur B. V.

PEDIBVS nõ magis, quam effectibus ibat Patrona nostra cum festinatione *in montanã.*

Digitized by Google

tana. Quo enim, inquit Ambro- *Ad mō-*
sius, *iam DEO plena, nisi ad superiora cum festinatione contenderet?* *tana.*
Typicum exemplum, ait Beda, *Virgo tribuit, quod omnis anima, quæ Verbum Dei mente conceperit, virtutum statim celsa cacumina gressu conscendat amoris.* Videor videre Virginem, citato gradu, anhelo pectore, oculis in DEVM coniectis, dulciter inter suspiria cantillantem, dum valles deserit, montesque conscendit: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima ad Te DEVS. Quando veniam, & apparebo?* Videor inter currendum audire cōcinentem: *Perfecit pedes meos, tanquam cer-* *Psal. 17.*
uorum, & super excelsa statuens me. id est, vt exponit Augusti-

Digitized by Google

nus: Deus perfecit amorem meum ad transcendenda spinosa, & vmbrosa implicamenta huius seculi: & super cœlestem habitationem fixit intentionem meam. O DOMINA! *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis* Religionis *filia Principis*!

Calceati Sodales.

O SODALES! Seruuli Mariæ; imitemur Dominam. Simus imprimis, eius exemplo, *Calceati*, nõ tam pedibus corporis carnalibus: (amo enim, ac veneror religiosos illos, qui sui affligendi causa, seueritate in Christianis commendata, incedunt discalceati) quã pedibus mentis spiritualibus, hoc est, adfectibus. *Calceus* Symbolum est, Primo, libertatis, & dominii: serui enim,

Calceus symbolice significat. 1. Libertatem.

vti

Digitized by Google

uti & captiui incedebant nudis pedibus. An hanc fortasse ob caussam proficiscentibus ex Ægypto Hebræis imperauit DEVS? *Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus*, Exod. 12. Non seruiamus amplius carni & sanguini: dominemur superbiæ, inuidiæ, auaritiæ, libidini: sciamus nos in libertatem assertos esse filiorum Dei: non iterum iugo seruitutis diabolicæ nos subdamus. Calceati sumus. Itaque, fratres, *non sumus ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.* Exod. 12. 11. Gal. 4. 31

Deinde, signum est vsucapionis ac possessionis *Calceus*: discalceatio ex aduerso cessionis iuris sibi debiti. Quod constat ex Deuteronomii 25. 2. *Vsucapionem ac possessionem.* *Deuter.* 25. 7.

Digitized by Google

Ruth.4. & Ruth.4. Vnde Dauid Idu-
7. mæam ſubiugaturuus, eiusq;
Feuar- initurus poſſeſſionem, aie-
dent. ib. bat: *In Idumæam extendam cal-*
Pſ.59.10 *ceamentum meum.* Idem autem
in Abſolonica ſeditione exiit
è Ieruſalem, & montem oliua-
rum conſcendit nudis pedi-
bus, quaſi cedens, regnumq;
relinquens licet coactus. Ex-
tendamus calceamentum
noſtrum in omnes ſenſus ac
facultates noſtras: iis domi-
nemur, eas ſubiugemus, eas
in poteſtatem redigamus:
nullius vſucapione, aut vio-
lentia earum poſſeſſionem à
nobis extorqueri patiamur;
ſic calceati incedemus.

3. Lati- *Præterea:* index eſt Lætitiæ
tiam. *Calceus*, ſeu calceamenta ha-
4. Hono- bere in pedibus. Honoris
rem. item,

Digitized by Google

item. Ita ſine his incedere ſignum olim erat mœſtitiæ, vel captiuitatis. Quocirca, vt Ezechiel pro vxore mortua nulla ederet ſigna triſtitiæ, inter alia illi mandatur: *Corona tua circumligata ſit tibi: & calceamenta tua erunt in pedibus tuis.* Cap. 24. 17.

Sponſæ vero, apud eundem, DEVS, vt honorem haberet, tanquam Auguſtæ, inquit: *Calceani te hyacintho.* Ac indulgens pater, prodigo filio, in gratiam recepto, imperat dari calceamenta in pedibus, Luc. 15. E contrario, Iſaias, in ſignum captiuitatis populi, ambulauit nudus, & diſcalceatus. Vis gaudere in Domino ſemper? habeas calceamenta in pedibus tuis; conſtringe affectus freno continentiæ: Cap. 16. 10. Luc. 15. 22. Iſa. 20. 2.

Digitized by Google

nenciq: cupiditates erumpentes contine: desideria carnis, mortificationis habenis moderare: sic nulla te captiuum ducet animæ immoderata passio.

5. Signũ constantiæ. Confidentiæ.

Adhæc: in militia, *Calceus* signum est constantiæ, confidentiæ, animi intrepidi. *Militia est vita hominis super terram*. Dum in hac agis, habeas calceamenta in pedibus tuis. Sis constans: locum tuum nõ desere, ne coronam tuam accipiat alter. Vsurpa illud, quo mundus vincitur, & omnia obtinentur: CONSTANTIA ac LABORE. Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. Interim confidenter age: fidens DEO: tibi tuisque viribus nihil tribuens. Nec hostem

hostem metuas, quem animo intrepido inuade: inuadentem metuit, fugientem inuadit.

SED, si vis, vt & tibi occinatur: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis fili Principis.* non induas, cum vir sis, muliebria: non cernantur in pedibus tuis, calcei Sicyonii, qui sunt effœminatorum: non Sandalia elaborata, incisa, rosulis & purpureis ligulis vinculata. Quod vel in fœminis reprehendit Pædagogus Christianus: qui monet: *In calceamentis quoque superbas, arrogantesque fœminas magnam ostendere mollitiem.* Et pronunciat: illa esse turpia Sandalia, in quibus sunt aurea veluti donaria. Qualia erant, quos

Christiano mollities in calceis dedecorosa.

Calcei Sicyonii.

Clemens Alex. lib. 2. Pædag. cap. 11.

Digitized by Google

Hieron. ad Salui-nam. *auratos soccos* vocat D. Hieronymus. Melius est nudis pedibus, quam sic calceatum incedere.

Ecclesiasticos non decet ornatus in calceis. NOLI iis ornatus, aut potius desœdatus, templum, maxime si Ecclesiasticus sis, ingredi, noli ad orationem accedere: noli sic DEO appropinquare. Audies enim, quod Moses: *Ne appropies huc: solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Exod. 3. Non probo quidem quod voluerunt olim *Discalceati* (Hæretici quidam sic dicti Auctore Philastrio & Augustino catalogum Hæreticorum texentibus) debere Christianos vbique sine calceis incedere: tum quia hoc Deus præcepisset Mosi, & Isaiæ

Exod. 3.5

Discalceati hæretici. Aug. hær. 68. Phil. de hær.

Digitized by Google

Isaiæ, qui triennio discalceatus ambulauit: tum quia Christus & Discipuli illius sine calceis ambulauerint. Verũ, hoc falsum esse reor: cum Dominus Marci 6. velit Apostolos Sandaliis calceatos prodire. Et actuum 12. Petro quem è carcere educturus erat Angelus, præcipit: ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Quod Latinus vertit: *Calcea te caligas tuas.* Sed reuera, vel erant communes calcei, quę etiam ὑποδήματα dicuntur: vel socci, quibus inferiores tantum plantæ ab itinerum offensionibus defendebantur. Nec Mosis aut Isaiæ exemplum Christianis præiudicat. *Isa. 20. 2. 3.* *Mar. 6. 9.* *Act. 12. 8.* *S. Aug. Lib. 2. de consensu Euang. cap. 29. 30.*

TAMEN, si de calceis superbiæ, ac vanitatis, quales *Discalceati omnes Christiani.*

Digitized by Google

antea descripsimus, loquamur, plane necessarium est, vt sine iis, omnes quidem qui Christiana professione censentur: sed ii potissimum qui diuino cultui sunt destinati, incedant. Hæc discalceatio signum est, quod vanitati ac pompis renunciemus: quod vitæ huius curas, ac superfluas solicitudines deponere simus parati: quod cum reuerentia, ac demissione, summaque attentione ad diuina accedere meditemur. Ob has enim causas, similesque dictum fuit Mosi: *Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est:* Actuum 7. An hinc fortasse emanauit, vt nefas fuerit primis Hebræis loca sancta cum calceis

Theodor. Exod. Quæst. 7. Dieder. in catena. Pererius. Marius. Cornelius in Exod.

Ioa. Lorin.

Act. 7. 33.

Digitized by Google

calceis ingredi, vt quidam scribunt, qui hodieque mos à Saracenis, seu Turcis, Lyrano teste, & Abulense, ac R. Mose Gerundense, & peregrinis è Palæstina redeuntibus.

His ergo exuti calceis, induamur aureis caritatis; Sandaliis Humilitatis: Ianthinis, ac hyacinthinis Religionis. Caritas Dei ac proximi ad omnem profectionem nostrã nos incitet, non vanitas, luxuria, ambitio; comitetur vbiq; nos Humilitas. Mentem ad diuina eleuet Religio. Hyacinthus, inquit Hieronymus, *aerei, & κυανίου coloris est*, vt sponsa hyacintho calceata *rapiatur in occursum Domini, & ad cælestia festinet*. Item, vt intelligatse à

Triplex calceus Christiani.

Caritatis, Humilitatis, Religionis.

Hier. in Ezech. Greg. lib. 30. Moral. cap. 10.

Digitized by Google

Deo in cœlis protegi: sicque perfectius, ac confidentius ambulet. Adde, vt dum in terris peregrinatur à Domino sorte sua sit contenta, quod monet *Calceus Ianthinus*.

Alciatus. *Quisquis sorte sua contentus,*
Ianthina gestat.

Plin. libr. 22. cap. 11 Cantat Poeta. Denique vt regio sit animo, & excelso, qui in cœlis fixus terrena omnia pessundat, ac proterit. Hoc indicat *Calceus hyacinthinus*. Hyacinthus enim Regis gestat nomen & insigne. Quod non ignorabat rusticellus ille ænigmatista, qui Sodali proponebat.

Pausanias lib. 1. *Ouid. Meta. 13*

Virg. Ecl. 3. *Dic quibus in terris inscripti*
nomina regum
Nascantur flores.

id est: die, vbi nascantur hya-

cinthi

cinthi: in quibus A, I. initiales literæ Aiacis cernuntur. Hinc regius color hyacinthinus, æque ac purpura & coccus. Quocirca illo, vt & hoc vtuntur Cardinales, qui sunt Regnum Sacerdotale, & Sacerdotium regale Christi.

HVNC Spiritum regium decere maxime illos, qui pauperes sunt spiritu: ne quis cõtraria hæc duo existimet, admonet idem *Calceus hyacinthinus*. Calceus enim in arcana ascetico rum Sapientia Paupertatem denotat: quæ pedes animæ: id est, affectus protegit, ne in res temporales impingant, & scopulis diuitiarum lædantur. Paupertas namque, licet exterius sentiatur, præcipue tamen in affe-

Calceus Paupertatis Index.

Iacob. Alnarez Par. Tom. 1. de Spirit. perf. lib. 1. cap. 26.

Digitized by Google

ctu est, qui res viles, & valde ad vitã necessarias admittit: curiosas vero, aut minime necessarias omnino reiicit, atque contemnit. Hic calceus ex hyacintho confectus est, quoniam Hyacinthus, vt inquit Hieronymus, cœli habet similitudinem. Cœlestia autem desideria sunt, quæ amorem tollunt terrenorum: Nec potest quis res diuinas ardenter amare, & pecuniæ ac supellectili, aut rebus aliis vilissimis inhærere.

In Hyacintho cœli facies.

Hier. Ezech. 1.

Hyacinthus etiam (vt auctor est Hugo Victorinus) mutat colorem cum facie cœli. Si clarũ est cœlum, lucet: si obscurum, fit obscurus. Sic verus pauper tempori seruit, & locis sese accommodat. Vsurpat

Hyacinthus mutat colorem cum cœlo. Vict lib. 3. de nat. hist. cap. 58.

Digitized by Google

pat illud Pauli: *Ego didici in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare (vtique, & in omnibus institutus sum) & satiari & esurire: & abundare, & penuriam pati.* Phil. 4. 12.

Hyacinthus tristitiam pellit: suspiciones amouet: neruos vegetat: ebrietatem fugat: & dulcem saporem tribuit. Haud secus, virtus Paupertatis mentem paucis contentam exhilarat: vanas suspiciones de tenacitate distribuentis, ac imprudentia, & indiscretione tollit: corpus confortat: sobrietatem promouet: ac cibis insulsis dulcissimum saporem impertit. Itaque, vt recte monet, vir pius illud Ieremiæ aure cordis percipientes: *Prohibe pedem* Varia vis Hyacinthi. Iere. 11.

tuum

tuum à nuditate: his calceis affectuum noſtrorum pedes protegamus, ne rerum temporalium ſpinis læſi peccatorum ſanguinem fundant. Atque ita nobis quotidie peregrinatione peracta occinetur: *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis!*

Calceus Caro, corpus.

ALIVD ſuggerit calceamẽtorum genus D. Ambroſius, qui libro de inſtitutione Virgin. ca. 14. *Specioſe*, inquit, *procedit anima, quæ corpore, velut calceamento, vtitur, vt quo velit, poſſit ſine impedimento vllo circumferre veſtigium.* In hoc calceamento ſpecioſe proceſſit MARIA, quæ ſine vlla commixtione corporeæ conſuetudinis auctorem ſalutis Virgo generauit. Alibi idem plu-

ribus

Digitized by Google

ribus deducit: ac docet, quo- *Sermo 17 in pſ. 118.*
modo corpore, ſeu carne tanquam calceamento, vti debeamus. *Quid ſibi vult, quod ſponſus ait*, in calceamentis ſpecioſos eſſe ſponſæ greſſus? *Legimus dictum ad Moſem*, Solue calceamentum pedum tuorum. *Quo videtur admonitus ne corporalibus vinculis teneretur adſtrictus.* *Exod. 3.5* Ergo ſpecioſam ſignificat in Canticis animæ pulchritudinem, quæ carne, tanquam calceamento vtitur, & in ipſo impedimentum non patitur: ſed inceſſus decore præcellit. Calciat ſe ergo carnis anima Eccleſiaſtica, gratia, vt vitæ huius curſum & tranſitum cum decore prætereat. Quod fit, ſi calceamentum ſuum non inqui-

quinet luto corporáli, nec in vitiorum meíset voragine. Si caſtiget carnem ſuam: ne moretur ad curſum, & aruinæ pinguis pondere prægrauetur. Vtamur ergo corpore, tanquam calceamento ad interioris operavirtutis: ad miniſterium; nō ad præcipitium: ad obſequium; non ad delectationem: ad obedientiam; non ad diſſenſionem: & in via ſapientiæ veſtigium collocemus, ne greſſus noſtros via torrentis aliqua concludat.

Caſſiod. in Cantica

EADEM pene eſt obſeruatio Caſſiodori, qui illud præmittit: calceamenta è mortuis fieri animalibus. In calceamentis itaque pedes eſſe pulchros, quando carne iam perdomita vtitur, vt ſolea, vel Sandalio:

Digitized by Google

Sandalio: eaque ſpirituiam non eſt oneri ſed ornamento: non provinculo, ſed ſupplantari. Sic calceata fuit DOMINA N. non hoc tantum itinere, cum ad viſitandum agnatam properaret: verum toto vitæ mortalis tempore.

Calceamenta Exempla Sanctorum.

QVO etiam nunquam illos *calceos* poſuit, qui ſunt *Exempla* præcedentium virtute illuſtrium, ſiue matronarum, ſiue virorum. Sic pulchros fuiſſe greſſus in calceamentis filiæ Principis exponit Guilhelmus, præclarus Canticorum interpres. Qui primo illud penſandum exiſtimat: quod non ſimpliciter *pulchri*, ſed cum admiratione, *Quam pulchri* dicantur greſſus DEIPARÆ.

PARÆ. Quo ſingularis quædam, atque excellens greſſuum illius pulchritudo denotatur. Multæ enim ſunt filiæ Principis, inquit, per gratiam adoptionis: & omnes pulchre gradiuntur: omnium ſunt pulchri greſſus in calceamentis. Verum, illa eſt excellenter filia Principis, quæ eſt etiam Mater Principis. Neq; enim in tantam adoptionis gratiam creſcere potuiſſet, niſi auctorem gratiæ genuiſſet. De ſua carne dedit Principi ſubſtantiam carnis: & ab eo accepit viciſſim prærogatiuam gratiæ amplioris. Idcirco non dicuntur ſimpliciter, *Pulchri greſſus* eius, vt ceterarum filiarum Principis: Sed, *Quam pulchri!* hoc eſt: Quam puri,

Digitized by Google

puri, & mundi affectus eius! Non enim pernicitate pedum, sed puritate affectuum ibat de virtute in virtutem, visum Deum Deorum in Sion.

ERAT autẽ in eundo calceata: id est, Sanctorum antiquorum exemplis informata. Quid enim sunt præcedentium exempla Patrum, nisi quędam tanquam expellibus mortuorum animalium spiritualia calceamenta? Certe præclara illa filia Principis pia veneratione simul & æmulatione amplectebatur Innocentiam Abrahæ: Mansuetudinem Mosis, Humilitatem Dauidis, Patientiam Iobi, continentiam Danielis. His ergo & huiusmodi Patrum

Virtutes veterum in B V. vnicum.

Digitized by Google

trum exemplis decentissime calceata in attritis animi gressibus erat de virtute in virtutem: & in æmulando virtutes Patrum, ipsos etiam Patres, quorum se æmulatricem esse gaudebat, præcipua puritate affectuum, & prærogatiua actionum transcendebat.

VT imitemur Matrem nostram his nos calceis ornando hortatur Honorius Canticorum illustrator: docens, Animam, quæ erat filia Principis Diaboli, quando ab eo erat captiua, per conuersionem seriam fieri filiam Principis Christi. Huius gressus esse quatuor effectus: Concupiscentiam, Timorem, Gaudium, Dolorem. His enim portatur ad opera, sicut pedibus

bus corpus portatur ad loca. Sunt autem hi pulchri in calceamentis secundum exempla Partum: dum virtutes, aut vitam æternam cõcupiscunt: peccata, gehennamque timent: gaudent de bonis: dolent de malis. Quamuis gressus etiam dicere possis, cogitationes, per quas graditur ad actiones.

Calceamentum pudicitiæ, & Gressus castitatis.

NON est omittendum calceamentum, quod nominat S. Ambrosius: *Bonum calceamentum animæ Pudicitia est: bonus gressus, vestigium est castitatis.* Quo vtinam omnes ornarentur, sicut Patrona nostra, quæ nunquam sine illo visa est: Virgo ante partum, virgo in partu, & Virgo post partum. Est hoc calceamentum, albi

albi coloris, sicut & innocentiæ, Virgini proprium, non ex corio confectum, sed ex quodam genere papyri delicatissimi, ex quo cum Marcianus Capella Philologiæ calceos adsignasset, causam dat, Nequid eius membrum polluceret morticinum. Nihil morticini est in Innocentia. Ad quod designandum baptizatis in baptismo dabatur olim vti vestis candida, ita & calcei candidi, quos calceabant, ac gerebant per septem dies. Quo alludit Paulus epistola ad Ephesios 6. cap. dicens: *Calceati pedes in præparationem Euangelii pacis.*

Mar. Capel. l. 2. de nupt. Philolog.

Ephes. 6. 15.

Ruper. lib. 7. c. 1. Iosephus Vicecomes de ritib Bapt. Calcei Ferrei, vEres.

TANDEM, animaduerto Virgini adsignari calceos ex ære & ferro. Hæc fuit benedi-

ctio

dio Aſer, cui dictum: *Ferrum & æs calceamentum eius*: Deut. 33. Hoc conſtantiæ fuit ſymbolum. Quod niſi habuiſſet Deipara, non potuiſſet conterere caput ſerpentis. Eo, quia diſcalceata fuit Eua, mater morientium, ex obſeruatione Ruperti Abbatis, eius momordit calcaneum: vnde & tunc interiit. *Deut. 33.* *Rupert. in Cant.*

FINIO, quoniam video mihi ſignum datum, & nollem, vel minimo tempus excedere hoc æſtuoſo tempore. Itaque tantum vos moneo, Sodales, vt quia cum MATRE noſtra hodie montem conſcendimus, & filiali obſequio conati ſumus comitari peregrinantem, cogitemus hunc montem eſſe montem *Cum Maria in mõtana proficiſcendum.*

O Sina;

Digitized by Google

Mons Thabor. Sina; monte Moria; non monte Thabor tantum. Inter quos hoc discrimen inuenio. Quod cum Christus in monte Thabor transfiguratus, splendenti facie gloriam suam ostendit, audiri tantum sit iussus: *Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.* Vnde hunc montem gloriæ, montem auditionis nominare possumus. At in monte Sina, cum Christi se humiliantis vmbra repræsentatur, iubetur Moses inspicere, ac facere secundum exemplar sibi in monte demonstratum. Verus hic mons est, non auditionis, sed inspectionis ac imitationis. Ab hoc monte cum Maria non descendamus. In his montanis imitationis Matris, ac Patronæ N.

Digitized by Google

næ N. dum in hac peregrinatione ſumus, commoremur. Per hæc montana humilitatis virgineæ ad veriorem Cariatharben, quod ſignificat ciuitatem accubitus, ac quietis, ternionis indiuidui, non Zachariæ, Elizabethæ, & Ioannis; ſed Patris, Filii, ac Spiritus ſancti, properemus, & nobis accinetur ſuauiſſime: *Quam pulchri ſunt* in montanis *greſſus veſtri in calceamentis filii Principis.* 4. Cantatur.

Digitized by Google



Ut florem in partes girat Sol pravius omnes
A Jesu-trahitur virgo parensq; suo.

Digitized by Google

ORATIO QVINTA.

MARIA PATRONA *Indigentium.*

Spiritus meus super mel dulcis: & hereditas mea super mel, & fauum. *Ecclesiastici* 24. 27.

ADVOCATA PAVPERVM.

O. P. N.

Dicta in festo Assumptionis.

COMMENTATIO.

MEMENTO DOMINA TESTAMENTI TVI.

ACCLAMATIO fuit ista hæc lectissimæ matronæ *Iudith* 13. 18.

Digitized by Google

Selecti Sodales pauci.

Iudithæ ad Dominum: quam per vos mihi liceat, mutata literula, ad Dominam, intercalaribus modulis, transferre, *selecti Sodales*. Vere *selecti*.

Emansores multi.

Siquidem, ex tam numeroso vrbis Herbipolensis clero, per quatuor illustrium Ecclesiarum contubernia, velut totidem orbis climata, late sparso: ex tot concellatæ curiæ clarissimis, consultissimisque viris: denique ex Academiæ florentissimæ, Iurisprudentiæ, ac Medicinæ cultoribus: qui tamen omnes in fatali lectulo, intercluſa iam pene anima, DOMINÆ NOSTRÆ clientuli dici, ac haberi volent; tam pauculi hac præcipua Virginis festiuitate, in hoc pietatis cultusque Mariani

Digitized by Google

niani theatro conſpiciuntur: ideoq;, vere *ſelecti*: quod præſentibus omnibus gratulor.

SED per, ego vos, Dei Parentis veſtriq; amorem oro, atq; obteſtor impenſe ſi vnquam alias, hoc pauxillo tẽporis: nam horulam nominare non audeo, patulas, attentasq; aures accommodate. Fero enim è longinqua regione *ſecreta ſacro-politica*, nullis hactenus vulgata diariis, quæ in obſtructas, aut vage palantes exonerare non conuenit. Itaq; ſi ſponderis: ſponderis autem, vt ex ſingulorum vultu minime fallaci, quippe Germano, percipio: nunc altero quaſi ſumpto initio, de integro exordiamur. *Nona Parthenica.*

QVID actum ſit in cœlo

Digitized by Google

Agendū de extremis Deipara.

diem octauum decimum Kalendas Septembres, tralata ad superos in cœlum, triumphali pompa, Dei Matre MARIA, iam tunc eius Filio cœli arcem obtinente, consilium nobis erat memoriæ tradere: omni de eius Dormitione historia in aliud tempus ablegata: ne non tam gratulari lætis concentibus triumphatrici Reginæ, quod nostrarum est partium, quam lugubribus complorantium næniis, parētare defunctæ Matri, quod filiorum lugentium esse solet: sed indignum modo opinamur, videremur.

Vbi habitauerit, & obdormierit B. V.

VERVM in Sionis colle nobis cogitatione constitutis, vbi VIRGO beatissima, in Ioannis Euangelistæ, cuius fidei

dei

dei concredita erat, ædiculæ habitasse dicitur, & recta in cœlum iter habuisse, tam varia, tamque admiranda, & in seram posteritatis notitiam merito transmittenda, se obtulerunt, vt cœlorum obliti, hic toti defigeremur. Itaque, commutata voluntate, quoniam Sion in cœlum conuersa videbatur, tot in ea splẽdentibus ignium æternorum sideribus: apparebatque Virgo Mater, tanquam inter ignes Luna minores, non in morientis mox feretro, sed iam triumphaturæ ferculo, quamuis in lectulo locata, fulgentius quoddam de se lumen spargere: non, Quid in cœlo; sed; Quid actum sit in Sione, Pridie Idus sextileis, in

In Ioannis domo. Nicepho. lib. 11. ca. 21.

Digitized by Google

penitiori Deiparæ expirantis conclaui, adsistente Apostolorum senatu, & extremas, præamore morientis, & concinentis cygni cœlestis voces excipiente; ac vltimam Doctricis suæ voluntatem consignante, hinc dicere aggredimur.

Quot annis vixerit B. V.

VIXERAT sanctissima Dei Mater annis, non tantum vndequinquaginta, vt perperam nonnulli asseruerunt olim: sed vel quinquaginta nouem, vt existimat Euodius apud Nicephorum: vel tribus & sexaginta: quæ vulgaris opinio est precatoriis in rosariũ coactis calculis confirmata; & iam olim ab Eusebio tradita, ac B. Brigittæ, ex reuelatione, suffragio corroborata: vel septua-

Digitized by Google

septuaginta duobus, aut tribus: quod credibile maxime argumentorum momenta libranti, & temporis conferenti articulos: vti factum egregie ab Ecclesiasticorum conditore annalium Cæsare Baronio. Vixerat itaque ad annum Christianum fere quinquagesimum septimum, cum in lectulum se coniecit, vt filio simillima parens, humani nihil à se alienum morte testaretur. Et intererat publice non ignorare, fuisse eiusdem concretione massæ nobiscum hominem, quæ Deum genuerat. 72. 73. Anno Christi 57.

Non illam tamen vel confecit febris: vel nervorum abstulit sideratio; vel defluxus à capite noxius ad extre- Amoris vehemētia extincta B. V.

Digitized by Google

mum adduxit. Quid enim torqueretur his peſtibus in morte, quæ nihil vnquam peſtiferum in vita peccando commeruerat; quæque doloribus acerbiſſimis, moriente Chriſto, erat defuncta? Sed fuit in Maria vis amoris diuini tanta, vt præclariſſimam illam fabricam ad diſſolutionem diſponeret.

Amoris intenſio in Maria.

Huius ergo ardentiſſimi faces Amoris, dum in Virgineo pectore continuo nutriuntur pabulo: mensque intentiſſime cœleſtia intuetur, tam procul à corpore, quod in terra, quam proxima amanti, qui in cœlo: corpus ipſum à ſpiritibus ad vitam neceſſariis paullatim deſtitutum, remiſſoq; naturæ vigore,

Digitized by Google

re, ac sensim sine sensu superato, sicque languescentibus omnibus viribus, lectulum petere persuasit.

IAM contemplamini mihi Reginam Cœlorum, non in toro eburneo, aureis spondis latera munito, neque textili conopæo ad fastum & pompam obtecto, sed in asseritio accubitu membra colligentem. Iuuat enim Deiparam, tanquam pauperculam, in egentium reclinatorio conspicere, quod ex trib. quatuorue asserculis compositum, non plumea culcitra, nec follicãtibus puluillis, multaq; veste stragula, aut Attalico peristromate adornatum, sed tomentitio stramẽtitioue stragulo instratum, & vili cen-

Lectus pauperculæ.

tunculo

tumulo coopertum fuerit.

Apostoli adsunt morienti.

CIRCVMSTABANT autem lectum Apostoli, vel miraculo in Palæstinam ex variis mũdi regionibus delati, quod multis non displicuisse video, qui Abacukum per Cæsariem raptim transportatum huc in exemplum trahunt; vel, quæ aliorum est opinatio, haud improbabilis, humana via rationeque, negociis ita exigentibus, in Iudæam profecti; DEO saprentissime, ac sæuissime cuncta moderante. Nam Petrus (inquiunt) per id tempus, necessitate poscẽte, Ierosolymam redierat. Paulus similiter, vocantibus occupationibus, eodem se contulerat. Alios aliæ causſæ ad sanctam vocauerant ciuitatem.

Quomodo adsuerint.

Digitized by Google

tatem. Iacobus tamen maior corpore abfuit neceſſario, Herodis gladio extinctus. Thomam tardius acceſſiſſe volunt, vt de Aſſumptione euidentius redderetur teſtimonium. Michael Glycas auctor non malus, non modo Apoſtolos; ſed illos etiam ſeptuaginta Diſcipulos ad mirabile morientis Virginis ſpectaculum memorat concurriſſe, illis tamen exceptis, quos vel hoſtile ferrum Martyres fecerat, vel mors rapuerat naturalis. Narrat quoque Nicephorus, magnam hominum frequentiam, quos vel caritas aduerſus Virginem, vel cognatio coniunxerat, ad communem Parentem iam iamque morituram, acceſſiſſe, &

Iacobus abfuit.

Thomas tardius acceſſit.

Mich. Gly. 3 p. annal.

70. Diſcipuli.

Lib. 2 c. cap. 2. Amici Deiparæ.

Digitized by Google

se, & ingentem vim lacrymarum ex omnium oculis profusam. Reor tamen, mœrori mixtam fuisse lætitiam. Et tam Apostolos quam alios fideles Matris optimæ verba vltima ponderantes extremum glorioſæ illius vitæ actum prosequutos.

Arduũ, extremæ Virginis exoluere.

PORRO quid illa fecerit, quid dixerit in extremis, digne exprimere, hic Rhodus, hic saltus est. Centum linguas, centum ora optasse parum est. Nil effecero, nisi humana supergressus, Angelicis quoque superior mentibus, Diuinitatem pene adfectauero, ad quam mortali non est adspirandum. Quid molior? intimæ conditionis homo: exiguis animi, & corporis dotibus,

Digitized by Google

dotibus, nulla facundia, balbutiens DEI-PARENTIS suprema ante funus, mandata proferre constituo. Tua dulcissima Mater, in clientulos benignitas, nostris conatibus veniam facilis dabit, spero. Caritate affectuq; vrgemur. Sincerus tot Sodalium amor extimulat currentem, spesq; certa per tuos codicillos boni aliquid, tot tibi caris capitibus accessurum. Sed, ô mea DIVA! Suggere verba, quibus Testamenti tui amplitudinem, hereditatis nostræ copias explicem; suggere orationem, qua bene merendi de omnibus adfectus illustretur. Suggere faculas, quibus inflammem animulas tibi deditorum Sodalium.

VIDE-

Digitized by Google

Pauca de Virgine ab Hagiographis tradita.

VIDETE autem, quam bona fide vobiscum agam. Fateor, illa quæ adferam de Testamento Dominæ, ex nullo auctore antiquo adnumerata me dare posse. Scitis, quibus obuoluta sint tenebris, quæ de Virgine adferri solent, temporum iniuria, & penuria auctorum, quos Filii res præclare gestæ, earumq; admiratio totos absorbuit. Tamen, quoniam meditantibus ius est, ea quæ à vero non abludunt, si non vt certa, saltem, vt propiora vero, vel illi similia, adferre; ac rebus accommodare, propter quod in ius vocari non debent, fas mihi sit, ea, quæ contemplanti in mentem venerunt, publici iuris facere.

NON

Digitized by Google

NON colligo hic, quod iucundum mihi esset, quæ ex oculis fluebant, lacrymarum gemmulas, vnionibus exaluminatis, & margaritis relucentibus pretiosiores. Non numero, nec pondero qui ex imo pectore prorumpebant gemitus, & suspiria, sed dulces gemitus, mellea suspiria, quia desiderii, & amoris. Nec illa multis exaggero, quæ in ore, & corde, ardens amore Sponsa versabat. *Suprema Virginis suspiria.*

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Et illa lubens prætermitto. *Aspirationes moribundæ.*

Veniat dilectus meus, adducat sponsam suam in hortum suum, in paradisum gaudii æterni.

Trahe me post te, curram in odorem vnguentorum tuorum.

Introduc

Introduxit me Rex in cellam vinariam.

Multorum aliorum mentionem non facio, vt ad vltimæ voluntatis consignationem tandem aliquando veniam.

Hypotipoſis moribunda Deiparæ.

CONTEMPLOR itaq; MATREM viuentium, circumfusa ſobole, Teſtamentum nuncupare, non aliis ad id, quam ipſis illis filiis vocatis teſtibus; exemplum ſequutam, non tam Iacobi, Moſis, Dauidis, abauorum ſuorum, quam vnigeniti ſui, noui Teſtamenti conditoris, ſanguine illud conſignantis.

Inſcriptio Teſtamenti.

Teſtamento ſuo præmittebat breuiſſimum lemma, vt reliquorum compendium: *Spiritus meus ſuper mel dul-*

cis,

Digitized by Google

cis, & Hereditas mea super mel & fauum. Quod fortasse cygnea harmonia cum Apostolis occinebat. Sic enim melius in aures, animosque influit. Audite. *Cantatur.*

SED quemnam heredem (quod in capite testamentorum inprimis faciendum, vt robur obtineant) ex asse eam scripsisse dicemus? Primogenitum amiserat, prematura morte, ordine præpostero: &, si superstitem habuisset, quid relinqueret ei, cuius erant omnia, à quo omnia acceperat? Diligebat, sine dubio, Petrum, Filii sui singularem amatorem, & ab eodem vnice amatum. Multa debebat Ioanni, cui commẽdata fuerat: quidlum *Heres in testamento.*

in

in ſua receperat: cum quo Epheſi aliquando egerat: & in ea Aſiæ nobiliſſima vrbe cum eodem familiariter vixerat. Reliquos Apoſtolos, Diſcipulos, fideles omnes, amabat, vt Mater; fouebat, vt Nutricula; bene iis volebat, vt communis ſingulorum Patrona. Sed maior erat caritas MARIÆ, quam, vt anguſtiſſimo vnius, vel alterius ſinu includi poſſet, aut paucorum limitibus circumſcriberetur. Pietas Matris nullos limites, nullas anguſtias nouit. Penetrat, excedit, tranſcendit. Dilataueratiam ipſa patentiſſimum ſinum, vt omnes omnium nationum ad ſe confugientes reciperet. Extenderat palmites ſuos *à mari vſque ad mare; &*

vſque

Digitized by Google

vsque ad terminos orbis terrarum: nec poterat præsentis temporis haud numerosissima prole, infinitorum desiderium cohiberi. QVOCIRCA, Heredem nominauit, nõ ex priuato adfectu, Petrum, aut Ioannem; sed vniuerse, sobolem in omne æuum posthumam, filios, nepotes, pronepotes, & qui a ipsis nascerentur, melius dixero, & breuius: *Ecclesiam Christi*. ECCLESIA, aiebat illa, cui ego fortunas, opes, omnia bona opto, volo, dico, BONORVM MEORVM HERES ESTO.

Heres est Ecclesia.

SED, ô veneranda Mater! quodnam illud tibi pauperculæ, in tanta rei domesticæ tenuitate, peculium, tam amplum, & regium, vt sine numero

Non dedidit Hæreditatem Maria.

Digitized by Google

mero capita, vel sextula ex hac hereditate aspergantur? Diuidere fortasse potuisses Hereditatem tuam in duodecim vncias, ex iisq; assem facere, & Apostolorum singulos, Paulo in proditoris locum substituto, ac Lucam tibi familiari, demortui Iacobi vicem subeunte, in vncia hæredes instituere. Vel, si ita placebat, & merita postulare videbantur; trientem Petro attribuere: Ioanni bessem transcribere: deuncem adsignare Lucæ: cæteros dodrante, aut quincunce contentos esse iubere: vel, vnciolam multis impartire: sicque aliquid ad singulos perueniisset. Iam tantillo patrimonio immensitati Ecclesiæ, infinitati posteri-

Hæreditas in 12. partes diuidebatur, quas in vnum collectas Assem vocabat antiquitas: singula dissunctim, vncia appellabantur.

Digitized by Google

rum relicto, quis vel minutal sperare porerit? quis talem hereditatem, vel cernere diguetur, vel post cretionem, adire magnopere cupiat?

Hereditas Mariæ opulentissima.

Hoc improbo diffidentis animi cogitatu torqueri posset; cui est ignota vel sapientia testatricis MARIÆ, vel hereditatis relictæ conditio. Non enim Ecclesiæ legauit fundum aliquem, vel pauperis tugurii agellum, aquæ ductum, piscinam, molam, prædium, villam, oppidum, vrbem, ciuitatem, ditionem, prouinciam, regnum, imperium. Maius quid est, quam totius orbis amplitudine contineri possit, id, cuius Heredes nominati sumus. Heres opulentissime, quod tibi gratu-

Digitized by Google

lor, intuere orientem & occidentem solem, nullæ huic hereditati pares diuitiæ, non Persarum Gazæ, non talenta, sine numero, Regis Pacifici, non auri, argentiue vena Regis Catholici, non metallum Crœsi, non opes Pici, non lætificundia Crassi, non regna Macedonis, non imperium Augusti, non par his, Ister:

---Non tota Lydia. non quæ
Zephyro
Subdita tellus, stupet aurato
Flumine, clarũ radiare Tagum.

Hereditas MARIÆ ipsa Maria.

QVAE-NAM hæc tantæ spei, reique hereditas, DEVS æterne? morientis sub vili tecto, super centonem, pauperculæ? Dicam vno verbo: Hereditas Dominæ: Hereditas Ecclesiæ, à *Maria* relicta, est MARIA.

Digitized by Google

MARIA. Optimum patrimonium: luculenta hereditas: pinguis possessio. MARIA *sublimior cælicolis*, clamat antiquissimus Ephræm, *purior solis radiis, honoratior Cherubim, sanctior Seraphim vltra omnem comparationem supernis exercitibus glorioſior.* MARIA, quę, vt scribit doctissimus Idiota, sanctorum omnium habet congesta priuilegia, *cui nemo æqualis, nemo maior, nisi solus* DEVS. MARIA amicta sole, calceata Luna, ornata stellis, coronata sideribus, Ecclesię est hereditas. O diues Hereditas! coacceruate, quotquot potestis, vniones, margaritas, toparios, Smaragdos, alios immensi pretii lapides, nunquam vnius stellulæ æquabunt valo-

Maria encomia.

S. Ephræm.

Idiota.

Digitized by Google

rem, quomodo Lunæ? quomodo Solis? quomodo MARIÆ? quæ, cum se dedit, omnia dedit, quia continentem omnia, vna ipsa circumdedit.

Omnibus conueniens Hereditas.

SED, animaduertite, quæso vos, quam sapienter, dum Ecclesiam nominauit Heredem, neminem excluſit, & singulis, tum liberaliter totam hereditatem obtulit, tũ prudenter portionem quandam signate notanterque adscripsit. Habet varios Ecclesia status hominum: sunt in ea sexus diuersi; conditio multiplex: sed omnibus MARIA est conuenientissima Hereditas, aliquid omnes in ea reperiunt, quod ipsis sit commodum. Longum esset ire per

Status in Ecclesia varii.

singula

Digitized by Google

ſingula capita; quædam, ſed paucula digito monſtremus: de reliquis paria iudicentur.

Infantibus legantur vbera.

Ac primo quidem INFANTES occurrunt: (nunc primum dictionem incipere videor) infantes appello, qua carne, qua ſpiritu: paruulos in Chriſto; quibus *vbera* obueniunt. O belluli! ô tenelluli! ô felices animulæ! ô fortunati paruuli, quod ab illa, quæ *vbere de cælo pleno*, lactauit infantem Deum, viuificum liquorem hauriant.

Duo vbera *tua*, Virgo Mater, infantibus nobis, *ſicut duo hinnuli caprea gemelli, qui paſcuntur in liliis.* Cant. 4. 5

Pulchriora ſunt vbera *tua*, ô Genetrix, *vino fragrantia vnguentis optimis.* Cant. 4. 10

Digitized by Google

Ascendamus in palmam, Sodales, & apprehendamus
Cant. 1. fructum eius, & erunt *vbera tua*, ô Patrona, *sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.*

Sed quid *vbera* prensent, qui ad *latus* inuitantur? quid lacteum rorem optent, qui sanguineo perfundi possunt? Profecto, anhelo, torqueor, hæreo.

Positus in medio, quo me vertam nescio.
Hæreo lac inter meditans, interq; cruorem:
Inter delitias Vberis, *&* Lateris.
Et dico: si forte oculos super vbera *tendo,*
Diua parens, Mammæ *gaudia posco tua.*

Sed

Digitized by Google

Sed dico (si deinde oculos in *vulnera* verto)
O IESV Lateris *gaudia malo tui.*
Remiscio. *Prensabo, si fas erit,* vbera *dextra:*
Laua prensabo vulnera, *si dabitur.*
Lac Matris miscere volo cum sanguine Nati:
Non possem Antidoto *nobiliore frui.*
O sitio, Virgo, ô vocem sitis intercludit!
Nate, cruore sitim comprime; lacte Parens.
Parce DEVS, *magno sitis clamore fatigem*
Non potis imperio, non potis arte regi.
Exagitante siti, Patientia perdit habenas;

Digitized by Google

Clamores si vis tollere, tolle sitim.

O quando lactabor ab vbere, vulnere *pascar*

Delitiisque fruar, Mamma, Latusque, *tuis*?

O amor lateris! ô mammarum! quid non potes? quantum excrucias, *Memento, Domina, Testamenti tui.* Mentior si vos non amem, si non anhelem? Et ô! currite caræ papillæ, non iam papillæ, sed tubi indeficientis Oceani: currite, & lacteos in amantem Dominæ fluctus deuomite. Depluite in siticulosi labra cordis vberũ delicias. Fũdite diluuiatim fœcũdantes mentis nouale imbrium copias. Fundite disruptis repagulis, lactea nitidandis tibi carorum pecto-

Digitized by Google

pectoribus balnea. *Site*, Fili *lactauerint peccatores*, ad hunc fontem lactis indeficientis accurre, illudque ingemina: *Memento. Domina Testamenti tui.* Sed quo me rapit æstus? quis me ludit amabilis error?

REDEO ad MARIAM, Hc. rediratem nostram, quæ Pueris, quibus dulcia sapiunt est FAVVS distillans. ⊙ dulce Patrimonium! *Memento Domina Testamenti tui!* Maria in cœlum recepta, melliflui facti sunt cœli, & montes stillarunt dulcedinem. *Fauus distillans labia tua*, sponsa. Si labia fauus, quid os, genæ, oculi, caput, virgineus ille maternusque uterus, quid tota sponsa? si *Fauus distillans*: Ergo melle refertus, turgens, depluens, Ergo, *Pueris Fauus distillans.* *Cant. 4.*

Digitized by Google

dulcis, amabilis, profluus, gratioſus. Eia, boni puelluli! eos adponamus, ſugamus, adlambamus, repleamur, ſaginemur. *Comedite* mecum, Pueri, *mel quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gutturi veſtro.* Vere, Domina, *Spiritus* tuus *ſuper mel dulcis eſt; & hereditas tua ſuper mel & fauum.* Sed, Tu pande fontem Virgo. *Memento Domina Teſtamenti tui.* O DEVS! haurio, impleor, colliqueſco, ô ſuaue nutrimentum! ô ſalutare edulium!

Pro ſano Maſſoriano inſipida omnes voluptates.

ITE procul fatuæ carnis illecebræ: ite noxiæ voluptatum illices: ite luxuriantia ciborum portenta, animis nil profutura: ite adulterini ſapores, corpus æque ac mentem cruciantis: ite gulæ irritamen-

Digitized by Google

menta, voluptaria, venena, æſtiuæ niues, caniculæ glacies, panis murtius, Lurconum pabula, bibonum calices, Apiciorum patinæ, Ruſforum ſtruices, Cleopatræa prandia, Lucullææ cœnæ, capitolinæ menſæ. Mihi dulcius ſapit guttula diſtillantis FAVI Virginei, quam quidquid ad paſtum, potumque protrudere poſſunt culinæ Cæſareæ. Fruar tantum hoc *Fauo* & æternum fruar, facile nauſeabũdus ſpernam quem mundus offerre ſolet, nullius famem ſedare ſolidũ, quamuis voluptatis cinnamomo inſperſum panem, coronatas epulas. DA iugiter quæ potes, pia Mater, hunc gutturi meo ſuauiſſimum fauum,

Digitized by Google

quidquid alibi dulce, facile aliis conceſſero. Huius dulcedine acerbam fellis mundani amaritiem dilectis tuis dulcora, &, *Memento, Domina, Teſtamenti tui.*

Iuuenibus ſpeculum.

IN quo iuuenes, & flos adoleſcentiæ, quibus forma placet, & tanta eſt venuſtatis cura, donantur MARIA, vt *Speculo.* Nouum donum. Mater noſtra, Fratres, eſt *candor lucis æternæ*, ſpeculum *ſine macula*, DEI *Maieſtatis, & imago bonitatis illius. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* O quale ſpeculum! quod ex depuratæ carnis pellucidæ cryſtallo exciſum: diuini artificis manu, vt torno, perpolitum: cœleſtis gratiæ humore deterſum: virtutum omnium

Sap. 7.

Speculum Maria V.

punctu

punctulis, vt totidem gemmulis, distinctum: mortalitatis plumbo ad reddendas imagines firmatum, læuore, nitore, splendore eximium, omnibus DIVAM amantibus opponitur.

Hvc huc formarum amatores, & amatrices, speculatores, formosuli: curiosi pulchritudinis humanæ obseruatores properate, adcurrite, aduolate. Vultum vestrum in Mariano speculo, quod hereditate vobis obuenit, contemplamini, si forma placet; fœdis eam moribus dehonestare nolite: si minus bella, virtutibus illustrate. En *speculum aureum* ex auro purissimo, auro Ophar, caritatis ignitæ refulgens: Argenteum, castitatis

Quale speculum Mariæ.

Aureũ.

Argenteum.

Digitized by Google

Crystallinum. tatis candore lucidum: crystallinum, virtutum radiis pellucidum. *Speculum* rarum, *Rarum.* & hactenus inauditæ virtutis, quod non solum maculas, rugas, nævos demonstrat: verum abluat; & pulchritudini gratiam conferat. In MARIA, tanquam in *speculo*, refulget pulcherrima virtutum omniũ species. Ipsa animo & corpore longe pulcherrima.

Maria, Liber. IAM litterarum studiis innutritis, & sapientiam amantibus, quid optatius ad hæreditatem excerpi posset, quam LIBER? omnium librorum hactenus editorum, & edendorum vtile breuiarium: cõmodissima epitome, in arctum compactum doctrinarum compendium; vere sci-

Breuiarium.

Compendium.

entia-

Digitized by Google

entiarum pandectæ: Iuris vtriusque corpus, & codex absolutissimus, summa summarum Theologiæ speculatiuæ, & practicæ. Talis liber est Hereditas nostra, MARIA. *Liber* ab omni errore, mendo, macula, litura, labe, corruptione, spurcitia, siue originarii, siue personalis delicti liber: quem nulla ignara, vel inimica manus valuit violare: nullæ vitiorum blattæ inficere, nullæ, venialium etiam delictorum tineæ foraminosis scrobiculis deuenustare.

Pandecta.
Codex Iuris.
Qualitas libri.

PRIMVS *Tomus*, sapientiæ manu exaratus. Dicitur *Tomus*, Liber in membrana scriptus, quam de tergoribus animalium exscindebant. *Tomus* est Patrona nostra, quia exem-

Tomus, Sapientia.
Quid Tomus?
Hesichius.
Suidas.
Maria Tomus.
Τόμος.

exempta à labe peccati originalis: exsciſſa è maſſa perditionis: eximia à maledicto cõmuni: præſeruata à fœminarum parientiũ ærumnis multiplicibus. Eadem eſt ſtudioſo, & Amatori ſapientiæ, Mẽbrana, pura, virginea, leuiſſima. Hunc *Librum* voluamus, doctrinarũ in illo nucleum, & medullam inueniemus. Nam recollegit paucis paginis memorabilium, oraculorum, figurarumque omnium abſolutiſſimam ἀνακεφαλαίωσιν recapitulationem; vt fortaſſe idcirco CAPVT *Libri*, vel *Librorum* dicatur: *In capite Libri ſcriptum eſt de me*, dicebat Vates de Chriſto, & in perſona Chriſti. quia *verbum abbreuiatũ* in Virgine fecit Dominus.

διφθέρα. *Membrana.*

Rom. 9. 29. κεφαλὶς.

Caput Libri. Pſal. 39. 8.

HIC

Digitized by Google

HIC Grammaticus Alphabetum Christi, ex virtutum capitalibus litteris elegantius multo, quam in vlla rudimentariorum tabella agnoscet. In hoc syntacticam operationum studiosarum compositionem, eiusque regulas non desiderabit diligens loquutionis congruæ inuestigator. Nihil hic Poeta, Orator, Philosophus, Medicus, Iuris-consultus, Theologus artis suæ exquisitissimum non inueniet. Est enim volumen scriptum, & compositum ab ipso scientiarum Domino, Æterna sapientia. *Memento, Domina, Testamenti tui.*

Doctrinarum codex.

Grammatica.

Syntaxis,

Humanitatis,

Oratoria, Philosophia.

LIBER ingens, & prægrandis, intus scriptus, & foris, idcoque Opistographus: Intus, pudi-

Liber opistographus.

Digitized by Google

pudicitia, foris, verecundia: intus humilitate; foris humiliatione: intus virtutum apparatu; foris modestiæ decore. Aut, vt vir doctus commentatur: Virtutes interius Dominæ nostræ ante oculos semper obuersabantur, *quando se ad filii sui speculum comebat; sic priori facie inscriptus erat Liber; & quæ inde hausta virtutum exempla mundo exhibebat, ea post obitum in cœli regiam assumpta, recolenda & imitanda nobis reliquit; sic tergo quoque inscriptus Liber.* O quam grandis *Liber* MARIA! Quem cœli cœlorum capere non poterant, vniuersi conditorem gremio comprehendit, & immensum ac interminum castissimi vteri virginalis septo permodico

conclu-

Digitized by Google

concluſit. Vere nouus *Liber* MARIA! ſic illum vocat Ioannes Damaſcenus: quod in eo ineffabiliter DEVS VERBVM ſine manu inſcriptum fuerit. Et ſane ita eſt, Mundus talem *Librum* antiquis temporibus non viderat. *Nouum creauit Dominus ſuper terram: fœmina circumdabit virum*, exclamat Propheta. Vos, o Mathematici verſate Euclidem, rotate circinum, aduocate ingenium, vibrate radium, tentate, poſſitne *Liber* eſſe *Punctus*, qui tamen *circulum* contineat? Talis *Liber* eſt MARIA: O ſupra omnina Archimedis commẽta, artificioſum inuentum! vere miraculum!

Orat. II. de Dormit. Deipara.

Liber nouus.

Ier. 31. 22.

Stupeſce terra: Olympicum,
Interminum Numen, chaos,
Omni-

Bern. Bauhus. Lib 5. Epigram.

Digitized by Google

Omnique principio prius,
Cœli ſator decemplicis,
Et flammei arbiter ætheris,
Hic hic Puellæ paruulæ,
Et vix triluſtris Virginis,
Vtero MARIAE clauditur.
Vah! Punctus ambit circulum.

Quomodo circulus ſit in puncto.

SED DEI Filium immenſitate CIRCVLVM interminum, quomodo vterus Virginis, punctalis iſte *Liber* capiat, nemo mortalium capit. Hactenus auditum, & pro miro habitum, in nuce incluſam Iliada, Homeri carmẽ, in membrana ſcriptum. Plauſum meruit, qui ſexcenta Paſſionis Dominicæ inſignia, nulla excluſa perſona, in vnguibus, vt tabulis deliniauit. In ſtuporem ſpectatores dedit, qui, auorum memoria, Apoſtolorum

Plin. lib. 7. cap. 21.

Cappocius Senenſis.

Digitized by Google

rum ſymbolum, & Euangelij Ioannis partem illam, longam, latamque, quæ poſt ſacrificium ſolenne recitatur, in denarioli ſpatio, nulla dempta litera, ſcripſit; mirantibus Imperatore Carolo V. & Clemente VII. P. M. A Myrmecide quadrigam ex ebore, quam muſca integeret alis, fabricatam, & nauem, quam apicula pinnis abſconderet, extollit antiquitas. At produxitne Librum ætas vlla, qui, cum puncti anguſtias non excederet, Terram cum cœlo, hominem cum Deo, finitum cum infinito, æternitatem cum tempore, arctiſſimo arcanoque copulata nodo includeret? Itaque miremur, & ſileamus, ac cœlum in terra,

Genebrar. in Clem. 7.

Plin. lib. cit.

terra, DEVM in homine, in tempore æternitatem, Christum in vtero Virginis adoremus, eamque nobis hæreditatem, nec cogitantibus, nec talia meritis, obtigisse gratulemur. MEMENTO DOMINA *Testamenti tui*, & hunc *Librum* cœlitus mitte.

Liber an diuites.

SED *Liber*, dicit quispiam, opibus inhians, neminem opulentum facit. Cerne mihi istos penulatos, palliatos, petasatos, epomidatos, purpura quoque quandoque humero tenus, & vertice splendentes, Libris insessos, vel iis insidentes, & pene obrutos, ideoque exsuccos, & cadaueroſos, detrita, depexaque lacerna domesticam ostentantes pauperiem. Nonne vulgo iacitur?

Digitized by Google

tur? *Pauper Aristoteles*, nostis cætera. Et tamen nullus fortasse, plures libros possedit. Aristoteles enim, vt auctor est Strabo, primus quos nouimus, collector Librorum fuit; & reges in Ægypto docuit Bibliothecæ structuram, habuit Libros pene innumeros. Liber, fateor, possessorem, aut hæredem locupletem non facit, nisi excisus, aut exenteratus (quod ab aliquo factum alicubi, vbi si optio fuisset, exenteratus vnus Liber, præ tot hæreditatis analectis, magis ditasset thesaurum continet, vel sit gemmeus, materia sit vnio, aut infiniti precii margaritum. Certe in Virginis Nostræ thesauris, quos Lauretana cella longe celeberri-

Strabo lib 1. Vide Lipsi Syntag. de Bibliocop. 2. & 3.

Suffraganeo Herbipolensi mortuo, aurum ipsius millibus aliquot æstimatum, in libro exenterato est repertum.

Digitized by Google

berrima, & opulentissima tegit.

Libellus Virgini Lauretanæ oblatus.

DONVM est Gulielmi Ducis Bauari, etiamnum superstitis, LIBELLVS ex auro solido, qui trifariam diuisus, quatuor velut paginis, gemmata sigilla, egregiasque imagines continet. Integumentum ex auro, vnionibus, gemmisque clarissimis opere mirabiliperfectum, pendet ex tribus catenulis aureis, quas ex aureo fluentes annulo ingens Sapphirus excipit. Fama est, libellum octo aureorum millibus æstimatum. Nec ferme aliud est, in Ædis Lauretanæ thesauris, quod iucundius à peregrinis, auidiusque visatur: adeo, non solum ornatus, sed etiam interiorum imagi-

Tursel. lib. 5. hist. cap. 6.

num,

Digitized by Google

rum, sigillorũq; eximia pulchritudo spectantium oculos capit, arte certante cum copia. *Liber* itaque opulentare potest.

ISTIVSMODI autem est LIBER, qui nobis hereditate obuenit, MARIA, liber aureus, gemmeus, thesaurificus. male dixi, oportuisset dicere: *Aurum, Gemma, Thesaurus*, sed sat est *Gemmam* exprimere, quæ omnia continet, quia infiniti pretii. *Gemmam* esse MARIAM, vel ipso nomine, Sinenses, gens ingeniosissima, nobis post sedecim, & quod excurrit, à Christo nato secula, significauit. Et ignorasset Europa, nisi sermonis sui interpretem misisset, idiomatis Sinici gnarum Bel-

Maria gemma secunda Senensibus.

Maria Gemma.

Digitized by Google

gam Sinipetam, quem hic ſpectaſtis, & cum voluptate audiſtis. A billo habemus, & teſtatum reliquit, characteribus Sinenſibus, quos apud me habeo, nomen Virginis MALIYA: ita enim Sinæ efferunt, idem eſſe, quod GEMMA PRECIOSA SECVNDA. At cur SECVNDA? quia prima eſt Chriſtus, qui, vt Gemma eſſet, vti Mater, è Margaritarum genere, à *Virgine* habuit.

Gemma prima Chriſtus.

Margarita ex fulgure & aqua.

Multis è naturæ ſcrutatoribus perſuaſum eſt, Margaritam, Gemmarum candidiſſimam, non è concha, vt vulgo exiſtimant, ſed è fulguris & aquæ commixtione formari, velut gemina natura, & origine, Cœliac Maris. Agnoſcitis myſterium? E DEO, & Virgine

gine Christus est, geminamque naturam habet; DEI & hominis Dei, quia conceptus de Spiritu sancto; Hominis, quia natus ex Maria. *Fulgur* Spiritum indicat; *unda* virginem. Prima itaque *Gemma*, Christus; secunda, MARIA.

ET hæc ipsa *Gemma* est *Liber*, omni gemma pretiosior, etiam illa, quam in acris aceti phiala liquefactam Ægyptia Venus coram amico sorbuit, centies centenis millibus sestertium æstimatam, id est, ducentis quinquaginta aurcorum millibus. Sed nulla est huius cum illa comparatio. Annon ergo satis liber vnus ad opulentiam? An non ampla hereditas? an non digna, præ qua contemnantur *Gemma Liber.*

Digitized by Google

gemmæ omnes aliæ, quacunque è concha, cerebro, mari eductæ, solo periculo pretiosæ? Quid ad hanc aurum, argentum, ædes, fœnus, palatia? quid euanidæ Regum moles, licet inuidiam nubibus facturæ? quid laquearia, auro grauida, monilibus inoculata? aulæa sola peregrinitate opulenta? vestes solo precio graues, è quibus insulæ, regnaq; pendeant. Mihi vnus hic *Liber* carior omni eo, quod docto Babylon stamine, arundine, radiis, pectineque intexere, quod Tyrii tingere, quod Phryges insuere, quod Seres nere erudita manu docuerunt. *Memento*, Domina, *Testamenti tui*. Et hunc *librum* præmii loco dona.

O Li-

Digitized by Google

O LIBER! at quid in eo scriptum, pictum, sculptum? infera, supera, medioxuma, & quidquid vbique eximium. Celebrauit antiquitas Pyrrhi gemmam, Achatem fuisse memorant, in qua nouem Musæ, & Apollo citharam tenens, spectabatur, ita discurrentibus maculis, vt Musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Præclarum opus, At vix rudimentaria tabula, præ nostro volumine. *Volumen* voco *Gemmam Marianam*, in qua orbes supremi cũ Mxx. duobus sideribus perfectissime effigiati, cœlum in terra exhibent. Quid mirum? cum verissime Virgini accinatur

Tot tibi sunt Dotes Virgo, quot sidera cœlo.

Gemma Pyrrhi.

Plin. lib. 37. cap. 1.

Bernard. Bambasius.

Digitized by Google

Erycius Puteanus Libro illustrauit.

quem versum, stellarum numero, id est, formulis mille viginti duabus variauit Amicus scriptor; docuitque, vel tot cœlo siue in cœlo Dotes esse Virginis: vel tot Virginis Dotes esse, quot cœlo, siue in cœlo sidera sunt.

Auctores profani, & turpes.

QVIS non delectetur *libri* huius lectione, vel etiam solo aspectu. Hunc itaque, animæ caræ, loco tot profanorum, vanorum, obscœnorum, Amadisii, Pantaleonis, Fausti, specularis vpupæ, è quibus exitiale virus, & præsentanea pestis sugitur, nocturna versate manu, versate diurna: spondeo, nullum legentibus fastidium, nullam vel nauseam ex huius assidua lectione, & tractatione suboritu-

Amadisius, Pantaleon, Faustus, Speculum vpupa.

ram.

Digitized by Google

ram. Nam quod studiosis de fatigationem, liberali relaxatione auferre solet, *Liber* hic præstabit.

Deiparæ Instrumentum musicum.

Est enim Deipara non solum *Liber* doctis, verum etiam harmonicus cõcentus, & vas musicum, cithara, cheli, nablio dulcius, cantum amantibus. Vereor ne ridiculum hoc quibusdam videatur: ex hereditate Virginis alicui *citharam* obuenisse: sed faxo, vt serium appareat, quod asseroo, MEMENTO DOMINA *Testamenti tui.*

Iusti sunt musica instrumenta.

SVNT Iusti, Deo pleni, Musica quædam instrumenta, quæ vel flatu spiritus diuini animantur, ad laudes DEO concinendas, sicque referunt tubas, tibias, fistulas; vel ner-

Flatu animantur.

Digitized by Google

Nerui intenduntur.

uis heroicarum operationū intenduntur, ad Numinis magnalia resonanda, quomodo exprimunt lyram, testudinem: citharam: vel bacillis mortificationis, alioque asperitatis genere pulsantur; qua ratione repræsentant, tympanum, sistrum Cymbalum. Hoc tamen inter Deiparam, reliquosque sanctos discrimine. Quod hi quidem præclara fuerint ad reddendam Deo gloriam, illiq; concinendum instrumenta organica: sed quæ interdum siue ob carnis fragilitatem, siue ob orationis fides nimium remissas, flaccidas, humidas; siue ob intentionis spiritum, nimis exilem, turbidum, raucum: siue ob mortificationis

Bacillis pulsantur.

pul-

Digitized by Google

pulsum nimis interruptum, obscurum, minutum, non raro dissonabant. Quapropter necessarium omnino erat, vt subinde ad harmoniam, & concentum reducerentur.

Qvo videtur spectasse optimus Psaltes, & Cytharœdus, ipseque *cithara*, Dauid, quum cantillaret; *Benedic anima mea Dominum:* indicans animæ suę citharam interdum à concinendo cessare; ideoq; opus esse, vt iterum ad benedicendum excitaretur, attemperareturque. At Deipara, & Psaltria perfectissima, & instrumentum musicum optimum ac vitale; semper, vt chordarum temperiem, & symmetriam retinuit (nunquam enim diuina hæc ci-

Dauid excitat se ad laudandum Deum. Psal. 102.

Digitized by Google

thara dissonuisse putanda est): sic optimam iugiter harmoniam, & dulcissimum concentum reddidit.

B. V. continuata laude vtitur.

IDEO fortasse in sonantissima illa sua Ode, qua DEI magnificentiam extollit, non incipit, vti Dauid, in secunda persona, excitantis, sequeinstigantis ritu: *Magnifica anima mea Dominum*; sed in tertia, per modum continuantis. *Magnificat anima mea.* Nimirum; opus non erat. Instrumentum nunquam non sonare solitum, dissonare nunquam, nouo modo, & inuitatu ad concinendum excitare. *Memento*, Domina, *Testamenti tui.*

Maria: Musica vocalis.

ASSÆ quoque vocis MVSICA fuit *MARIA*. ô dulcis Mu-

Digitized by Google

Musica! ô cœlestis Symphonia! ô vocula, quæ sonorum Musas miraculo vniuersas vincit!.

O suauis MVSICA MARIA, mirabili artificio, & ratione composita, & summa temperata suauitate: ex *Alto* misericordiæ, qua purgata, antequam nata à natalitio crimine: ex *Basso* humilitatis miseriæ humanæ: *Respexit humilitatem ancillæ suæ*: ex *Tenore* continuæ sanctitatis, quam nunquam deseruit. ex *Graui* timoris diuini, quo DEVM semper coluit. ex *Acuto* amoris, quo cœlum ipsum penetrauit, & ex *Suaui* consolationis, qua semper perfusa, nunquam ad finem vsque caruit. O Suauis Musica MARIA! *Sonet vox*

Voces ad Musicam Marianam conueniunt.

Altus Misericordiæ.

Bassus Humilitatis.

Tenor sanctitatis.

Graui timoris.

Acutus Amoris.

Suauis consolationis.

Digitized by Google

tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. Memento, Domina, *Testamenti tui.*

Hortus Mariæ.

IAM, quæ citharam reliquit in Hereditate, & vocalem Symphoniam, ne voluptatis ingenuæ locũ aliquem amœnissimum, quo se conferre possent cari filii, non adsignasse videretur, HORTVM in eadem expressit, & hortenses omnes delicias, *Plantarium*: nouellis arbusculis, & semper virentibus consitum: *Siluulam*, materia, lignisq; abundantem: *Saltum*, *Pomarium*, *Vinetum*, *Virgultum*, & quidquid oculo, ad se rapit in apricis istis locis.

Plantarium.

Siluula.

Saltus.
Pomarii.
Vinetum.
Virgultum.

Hortus conclusus.

EST namq; MARIA HORTVS CONCLVSVS, *Paradisus voluptatis*, in quo posuit hominem

minem, quem formauerat DEVS, dum fœmina virum circumdedit. Est saltus Libani, in quo non desideres PVTEVM *Aquarum viuentium*, quæ fluunt impetu de Libano: neque FONTEM signatum, cuius

Salmo Libani.
Puteus aquarum viuentium.
Fons signatus.

- *Turbauit vitreas nemo profanus aquas.*

Neque VENAM vitæ, saporatis vndis plenam: nec LIGNVM VITÆ, his qui apprehenderint, & tenuerint eam. Nec TORRENTEM mellis & Butyri, Hollandorum delicias. Nec LILIA *pungentes inter fragrantia spinas*. Nec RVBVM sacra flamma ardentem, & incombustum. Nec CEDRVM, PLATANVM, CVPRESSVM, AMYGDALVM, felices alias arbores.

Vena Vita.
Lignum vitæ.
Torrens mellis & butyri.
Lilia.
Rubus.
Cedrus.
Platanus.
Cupressus.
Amygdalus.

Digitized by Google

Acclamationes Cœlituũ.

SED hæc alterius sunt cõmentationis. hoc hodiernæ. Huius hereditarii *Prædii* delicias amœnissimas inadmirationem rapuisse cœlestes illos spiritus, dum *Virgo-Mater* hoc ipso die in cœli arcem inuecta est. Illorum enim voces fuerunt, admirationis plenæ:

Cant. 8. QVÆ *est ista, quæ ascendit de deserto delitiis adfluens?* Mirantur delitias omnes in hoc vnum iucunditatis viridarium congestas. Et ita fuit. Vt enim Reges præter communem hortorum nitorem solent domesticum quoddam viridarium regali magnificentia ad priuatas delicias plantulis conferere: ita DEVS, præter communes sanctorum hortos topiarium illud Virginis ad captandam

Digitized by Google

captandam auram (secundũ hominem loquor) delitiis omnibus alterius orbis exoticis, extraordinariisque plantulis conseruerat, & adornarat. FINIS non esset hodie, quamuis lux protraheretur in crastinum, si exspaciari in hoc Hereditatis nostræ amplissimo campo, & indulgere voluntati, voluptatique meæ priuatim vellem: sed non abuti in his caloribus patientia vestra, constitutum mihi erat, neque adhuc mutatus animus. Quamobrem rescentur cetera, quæ innumera dici possent, si Heredi vatem omnibus conuenientissimam singulis, quibus est reiecta accommodare niteremur: digitus tantum in aliquos intendatur.

Tituli conglobati B. V.

Digitized by Google

tur. Eadem enim hæc, est REGIBVS, in quo confideant THRONVS Salomonis.

Thronus. *Armatura.* MILITIBVS, omnis ARMATVRA fortium. Clypeus in se sperantibus.

Diua nec ignitis penetrabilis umbo sagittis.

Præsidia. EXVLIBVS, Præsidium, tutela, salus, pietatis Asylum.

Ciuitas refugii.

Vrbs. INFIRMIS, *Vrbs fortitudinis.*

Turris. OBSESSIS, *Turris Dauidica, Eburnea.*

Acies. BELLANTIBVS, *Castrorum acies ordinata.*

Thalamus. MATRIMONIO iunctis, *Thalamus Sponsi.*

Tabernaculum. VIRGINIBVS, *Tabernaculum DEI cum hominibus.*

SACER-

Digitized by Google

SACERDOTIBVS, *Altare Thymiamatis.* *Altare.*

ÆGRIS, *Stella matutina*, & *Aurora consurgens*; ad quam tantopere adhelant. *Stella.*

DESPERABVNDIS, Desertisque, *Lapis adiutorii.* *Lapis.*

RELIGIOSIS, *sanctuariũ Dei.* *Sanctuarium.*

RELAPSIS, *Propitiatorium Altissimi.* *Propitiatorium.*

INCIPIENTIBVS, *Desiderium collium æternorum.* *Desiderium.*

PROFICIENTIBVS, *Scala Iacob.* *Scala.*

PERFECTIS, *Porta cœli.* *Porta.*

BEATIS, *Gloria Ierusalem.* *Gloria Ierusalem.*

FAMENTIBVS, *Nauis institoris de longe portans panem.* *Nauis.*

SITIENTIBVS, *Cella vinaria* *Cella.*

ÆSTVANTIBVS, *Nubes Tabernaculo insidens, Mons umbrosus.* *Nubes. Mons.*

Quid morore

DEO,

Digitized by Google

Solium. DEO, *Solium Gloriæ.*

Gloriate Domini solium sibi legit, & in Te Mæstatis habet, ac Pietatis opes.

Denique, omnibus omnia MARIA, quam cantillantem audio: *Spiritus meus super mel dulcis, & Hereditas mea super mel & fauum.* Sed, *Memento*, Domina, *Testamenti tui.* Hæc est illa hereditas, quam Ecclesiæ Testamento reliquit DEIPARA. Annon vere exclames, *Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.*

An aliquis exheredetur? AT, nemo VIRGINIS Testamento exheredatus legitur? tot improbi, ingrati, nefarii ad tantam hereditatem admittantur? nemo parte aliqua priuetur? tũc etiam cum testan-

Digitized by Google

testantis voluntas negligitur, imo contemnitur? Intra Ecclesiam catholicam plane nemo. Fures, latrones, adulteri, & siqui peiores, modo velint, vti-frui possunt hoc amplissimo, cunctis exposito patrimonio. Addam amplius: sed, quæso vos, admirationem frenate vestram, donec interpretationem perceperitis. Addam, dico, cuius inima cera fit mentio: & est admiratione dignum: ac, prima fronte, incredibile. Ita sane legentibus nobis initio videbatur. Dicam tamen clare, vt omnes exaudiant. Iis etiam, qui extra Ecclesiam sunt, fuerunt, erunt: apostatis, hæreticis, schismaticis: maius aliquid: ipsis illis, in inferni carcere detentis,

Nullus intra Ecclesiam.

Extra Ecclesiã admittuntur.

Digitized by Google

tis, creaturarum deterrimis, Dæmonibus relictã esse eandẽ hereditatẽ in Testamento augustissimæ Reginæ nostræ.

Liberalitas Domina in inimicos.

O Liberalitatem inauditam! ô pene prodigam, & humano iudicio haud ferendam prodigalitatis nouæ profusionẽ! Quomodo? Dicemusne, hereditatem, qua cœli Spiritus fortunatos vix dignos rebamur, nõ his solum: sed inferni quoque damnatis furiis relictã? Tibi ne præsens eras, pia Mater, aut alienatis sensibus, in extasim rapta, cũ hanc clausulam, vt videtur minus conuenientem, Testamento tuo, tam prouide, ac sapienter disposito, adiungi voluisti? & quibusdam dubitandi ansam præbere potuisti, serio-ne, an ioco

ioco illã apponẽdã curaueris.

Quomodo inimicis transcripta hereditas.

AT enim, si modum, quo his transcripta hereditas eadem, consideres, præposteri omnis iudicii cessabit suspicio. Siquidem, quæ fidelibus, ac animab. sibi, Deoq; caris, se in Hereditatẽ reliquerat, vel, tanquam *Prædium*; vel, vt *Hortum*; vel, vt *Viridarium*; vel, vt *Monile*, vel, vt alius rei commodæ, iucundæ, & honestæ possessionem: Hæreticis, ac Dæmonibus concessit SE, in SIGNVM: idest, SCOPVM, amplissimũ, & omnibus conspicuum, in quem hetetodoxi, Cacodæmones, omnesque Christi hostes, suarum persequutionũ, & blasphemiarum, per summam impietatem, sagittas collimarent.

Signum est Maria.

Hoc pacto iuuat interpreta-

Digitized by Google

ri illud Apocalypsis 12. capite. *Et* SIGNVM *magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarum duodecim.* Cui deinde opponitur è regione Draco. De quo capite 13. scribitur. *Datum est ei os loquens magna, & blasphemias: aperuitque os eius in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius.* Sermo est de Antichristo, eiusque prodromis, & assectis hæreticis. Per *Tabernaculum* autem Dei accipio DEIPARAM, de qua cecinit Vates regius in Psalm. 45. *Sanctificauit* Tabernaculum *suum Altissimus.* Sic enim versiculum illum exposuerunt Methodius antiquus scriptor, & D. Athanasius. Ita-

Method. in hypopant. De.

que

Digitized by Google

que *Mulier amicta sole*, quæ eadem fuit Tabernaculũ DEI, vt SIGNVM se dedit & SCOPVM, in quem aduersarii artem viresque probarent.

mini, Athan. in Euang. de Deipara.

PLACVIT hoc olim Timotheo presbytero Ierosolymitano in oratione de Simeone Propheta: vbi existimat de Christo ac Virgine simul accipiendum illud Lucæ II. *Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum: & in* SIGNVM, *cui contradicetur.* De re ipsa non potest esse controuersia. Cum enim animaduerterent inimici crucis Christi: eiusque mysteriorum, non posse se Incarnationis verbi diuini veritatem, & tot illi adnexa mysteria, ac sacramenta impetere, multo minus euertere,

Deipara Scopus.

tere, nisi virginitatem, & maternitatem MARIÆ prius pessum darent: in eam primũ sibi faciendum impetum existimarunt: vt per Matrem, Filium læderent. Ita depugnarunt contra Christum Marcionistæ, Manichæi, Heluidiani. Qui in MARIAM, tanquam Scopum, irrita impietatis tela contorserunt. Nam *sagittæ paruulorum factæ sunt omnes plagæ eorum.*

Antiqui Mariæ hostes.

IMITANTVR maiores suos, qui in Europa à centum annis grassantur DEI hostes, quippe religionis auitæ, qui vel clam, vel palam, dum in IESVM arietem intorquere conantur, prius in eius sanctissimam Genetricem impetum faciunt. Sed sentiunt pedem eius, cui facta

Recentiores aduersarii.

Digitized by Google

facta promissio, de conterendo: *Ipsa conteret caput tuum.* Hostes igitur ipsa suos ad Hereditatem quoque admittit, vt MARIAM, tanquam SIGNVM in cœlo habeant: in quod spicula contorqueant eodem, quo in Solem ausu, & successu. Vt illam, velut clypeatam turrim inuadant; in quam plumeos lapides iaculentur. Vt eam, ceu scopulum sibi opponant, in quem rostratas suas frustra frementes impingant. Nos Hereditate Dominæ N. gloriemur; & causam Matris vniuersi sanctimoniæ, gladiis spiritus accincti, defendamus, eiusq; iniurias vlciscamur.

VERVM ENIMVERO, si tam in omnes munifica fuit

Legatain Testamento Deipa-rę.

Deipara, vt nec hoſtes ab Hereditate ſua excluſerit; nihilne carioribus, & magis domeſticis, extra ordinem, ab illa donatum, vel legatum propriis codicillis dicemus? Vitur ſane rationi conſentaneum, vt qui ſingulari erga eam fuere affectu, & exquiſitiſſimo cultu honorarunt, aut honoraturi erant, peculiaria quædã præ reliquis dona, legatorum nomine, acciperẽt. Sic Patriarcha Iacob, Ioſepho de ſe optime merito, & fratribus magis, ob iuſtas cauſſas, dilecto, inquiebat in extremis: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Deuteronomii 48. An non memor fuerit MARIA optimorum

Deut. 48 verſ. vlt.

morum Sodalium, qui peculiari eam obseruantia prosequuturi erant, & in Matrem noua optione illam lecturi? An non Petri, Ioannis, similiumque?

INVENIO equidem, præter Hereditatem, Legata nõnulla tabulis vltimæ voluntatis inserta. Quæ autem illa sint, & quibus destinata, mox fideliter recitabo. Scitis legari posse res omnes, tam mobiles, quam soli; aurum, argentum; factum, infectum: vestes, gemmas: annulos, supellectilem, vasa: nomina: vina: penum: similia. *Virgo Mater* autem: quamuis vitam egerit pauperem, habuit tamen aliqua, sine quibus vita hæc mortalis non ducitur: *Quæ legari possint.*

Digitized by Google

vel relicta à parentibus: vel donata ab amicis: vel industria propria comparata. De quo non est dubitãdum. Fuit enim Domina nostra fortis illa mulier, cuius opera descripsit Sapiens Prouerbiorum
Prou. 31. 31. Quæ *quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.* Quæ *manum suam misit ad fortia.* Quod ex originali legere possis: Ad colum, aut vertibulum. quæ sunt gladius, & arcus mulieris. *Et digiti eius apprehenderunt fusum*: id est, telum eiusdem. Deinde textrinam exercuit: *Sindonem fecit.* Acu polymitas telas confecit. Et *cingulum tradidit chananæo.* Domesticis etiam prouidit. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Precio-

Digitized by Google

cioſiores ſibi ipſa veſtes elaborauit. *Stragulatam veſtem fecit ſibi. Byſſus & purpura indumentum eius.*

O induſtriam Viraginem, & laborioſam Apiculam! Quã ex veterum traditione ſcriptores multi adfirmant, ita tempus fuiſſe diſpartitam, vt à prima luce, ad tertiam diei horam, rebus diuinis operam daret: inde ad meridiem puellare opus exerceret, & lanificio vacaret interdum: mox à cibo, qui parciſſimus Virgini fuit, ſacram ſcripturam legeret: cui reliquam diei partem tribuerit. At non ſibi, ſed nobis mellificauit Apis diuina. Hinc mundum illum muliebrem, pretioſiſſimaſq; veſtes reliquit: quas ignarus *Laboriosa B.V. M.*

Digitized by Google

sim, aut profanus, si vel cum Ægyptiæ Cleopatræ, vel Cariæ Artemisiæ, vel Assyriæ Atossæ, vel vllarum Reginarum aureis, gemmis-ve cymeliis comparauero.

Legata Sodalibus adsciti.

PORRO omnia hæc iis legata inuenio, quos non in bona tantum, sed & in nomen heredes ascitos voluit, iussit, nuncupauit. At sub conditione: si professioni, cui nomen dederunt, se non indignos ostenderint: si fidem Matri datam non violauerint: si Marianos vbique se esse meminerint. Vos autem, optimi SODALES, designo, quos Diua Mater nominis etiam sui heredes scripsit: in familiam, nomenque adoptauit: & cum nomine gloriam suam propa-

gare

Digitized by Google

gare voluit. Vos enim Mariani, vos Parthenici, vos virginei: vos DEIPARÆ filii adoptiui singulari nuncupatione, non minori gloria, quam olim, Imperatorum, Cæsarumque filii, vel nepotes, *Flauii*, appellamini. Bene ominati heredes, si à nomine res ipsa improbo diuortio non dissentiat.

VOBIS itaq; vestes illæ polymitæ, ac pretiosæ, variegatum cingulum: & quicquid in Virginis mundo mulebri nitet, legatum esto. In eo primum intueor *Peplum* tericulare, non Athenarum arce, sed cœli regia dignum: melioris opus Minerue, capillos, aureamque cæsariem coercens. Pendet sobrie carbo-

Peplum

pacem, & ab omni vanitate, curiositate, obscœnitate continẽtiam cogitationum, quas crines significant intelligo. post hoc, noto *Discernicalum*, & *Pectinem* aureum: quibus virtutum Princeps *Discretio* exprimitur. Deinde *Zonam* illam illibatæ *Virginitatis*, qua, vt ante conceptionem filii, sic in partu, & post partum lumbos fuit succincta. Præterea: aliud *cingulum* perfectissimæ *Iustitiæ* æqualiter corpus circumdans, non in vnam, quam alteram partem magis inclinatum, ius suum, cuique tribuens: quæ in Virgine fuit consummatissima. Adiectæ sunt *Inaures* orientalibus margaritis pretiosiores: symbola obedientiæ, cuius nutu Dei

Discernicalum. Pecten. *Zona.* *Cingulum.* *Inaures.*

Filius

Filius de sinu Patris in vterum Virginis descendit.

VIDI etiam *Murenulas* aureas argento vermiculatas: quæ cordis ac sensuum, & totius hominis custodiam agebant. *Murenulas aureas.*

Adhæc, *Cycladem* auro intextam: vnionibus distinctam: stellulis oculatam, quæ virtutum omnium vniuersitatem exhibebat. *Cyclas.*

Leganit etiam vobis *Annulum* illũ suum sponsalitium. Quo fidei eius commissa tota sponsi domus Ecclesia: &, quo fides inuiolata mutui amoris sponsi & sponsæ repræsentatur. *Annulus.*

Dicam aliquid maius. Inter legata vobis propria voluit esse *Sceptrum* illud regium, sibi à DEO in manus datum, testimoniũ potentiæ in vniuerso orbe su- *Sceptrũ.*

Digitized by Google

per Angelos & homines ſibi traditæ, quã humilitate promeruit. In vobis eadem cernetur potentia, ſi Mariani ſitis. Quia, quod per matrem, vos poteſtis. Addam, quod ſummum eſt. Veſtrum eſſe voluit *Diadema* illud candidum, diſpunctum, non modo gemmis, ſed ſideribus. Cœlites reliqui coronas habent, in capite de lapide precioſo. MARIA amicta eſt Sole: Lũna ſub pedibus eius. Hæc gloriam conſcientiæ puræ, & interius regnum, regnorum magnificentiſſimum conteſtatur. O LEGATVM omnibus mundi imperiis præferendum.

Diadema

Apoſtolis legati alteri.

IAM, quæ reliqua ſunt leuiter percurro. Apoſtolis, & in iis

in iis, Apostolicis omnibus viris legant *calceamenta* sua, quæ adeo in admirationem traxerant sponsum cœlestem, vt earum nonnullæ captus, exclamasse feratur, *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* calceamenta tam Syconiis pulchriora. Nempe, intellectus, voluntatis, ceterarumque potentiarũ, ac membrorum iugem ad omne bonum progressionem, & velocissimum cursum. Quibus calceati pedes adfectuum, pulchri fiunt ad euangelizandum pacem, ad euangelizandum bona.

IOANNI Euangelistæ, qui illã & Christi cõmendationem, & filiali amore SVAM iã olim *Ioannis corpus.*

fecerat, *corpus*, volut fideicommissum commendauit, vt illud, postquam anima euolasset, Christianorum, non absque hymnis, ac cereis, funebrique pompa, succollantibus alternatim Apostolis, in Gethsemanæum tumulum inferri curaret: inibi paucorum sibi dierum hospitium fore.

Florentia, Messana, Litteras.

LITTERAS manu sua exaratas, & ad ciuitates in Hetruria, ac Sicilia nobiles, Florentiam Messanamque datas (quas se à Virgine transmissas habere gloriantur) iis prolegato, vt retinerent, ac colerent, confirmare potuit. Scripsisse autem, mihi, pro cetera Matris humanissimæ facilitate, non magnopere videtur

Comest. lib. 5. de B. V.

miran-

Digitized by Google

mirandum. Si enim Florentini, & Messanenses, suam vtraque respublica ad B. Virg. Mariam, epistolam miserunt (Fides sit penes historicos quorum fuit religionis, antiquitatisque ecclesiasticæ in vtraque vrbe indagare vestigia) vix est dubium, quin Virgo rescripserit, & ambas ciuitates, hoc titulo fortunatas, cœlesti consolatione repleuerit.

CETERVM haud immemor domus suæ natalis, quæ in Galilæa Syriæ regione Nazaretho oppidulo sita erat: vbi ipsa genita, & educata habitauerat: ibidemque DEVM, Angelo nuncium apportante conceperat, & toties sacrosancta vestigia impresserat, censuit, *Domus Nazarethica.*

Digitized by Google

censuit illam è Palæstina deportandam, & Europæis legauit: ac postquam commendasset illius religionem ad tempus aliquod Illyricis: nox æternum permansuram, vt opinamur, Italiæ offerre placuit. Atque in ea fictilium *Armarium*. Et suam puerum IESVM sinistra manu mediũ amplexantem, dextra sustinentem, effigiem cedrinam fere bicubitalem à Luca Medico, & pictore, ac sculptore eximio formatam. Felix regio, quam adeo adamauit cœlitum regina, vt illi tale, tantumque legatum, inde vsque à Galilæa transmiserit: vt dubiis in rebus confidere possit, nunquam sibi eius tutelam defuturam cuius prædem vademque

Armarium.

Digitized by Google

demque à Deipara habeat natalem domum.

FORTVNATA etiam eo nomine est altera Roma Cõstantinopolis, cui vestis quotidiana obtigit formæ, vt illius ævi mos erat, simplicis, & sine fuco, natiui coloris. Hanc fortasse, tanquam fideicommissum, Lucæ, caro in paucis sibi commendauit Bizantium deferendam. Illam vero ea in vrbe in arca sacra reuerenter admodum & integre seruari Nicephorus est auctor, appellatque illam inuictum perpetuumque vrbis præsidium: & scribit varios inde morbos depulsos: præclaraque miracula extitisse. Nunc Testamenti verba breuiter omnia, missis parergis, accipite. *Constantinopoli vestis.* *Niceph. lib. 15. c. 24.* *Tabulæ Testamenti.*

D. O.

D. O. M.
ET
FILIO MEO IESV.

EGO MARIA Ioachimi, & Annæ F. CHRISTI Dei æterni M. hodie, quinctimensis AB, die 12. decedens, Ecclesiam Orthodoxam, Catholicam CHRISTI ex asse heredem esse volo. Quamdum nomino, illos etiam, qui nondum in rerum natura sunt, quia necdum nati, futuri tamen in illa, heredes instituo. Horum quoque filii, nepotes, pronepotes, postumi heredes sunto. Cuilibet postquam hereditatem creuerit, quidlibet ex ea, quod ipsi cõmodum, accipiendi ius esto.

Ab Hebraeo Augustus mensis.

Infan-

Digitized by Google

Infantibus vbera. Pueris, mellitos fauos. Adolescentibus speculum. Viris doctis, at litteras amantibus, ad doctrinæ incrementum, codicem Opistographum: pro liberali relaxatione, citharam: pro honesta recreatione, Hortum, cum omnibus attinentiis. Aliis, cuiuslibet tandem conditionis, officii, aut opificii sint, alia.

SODALIBVS meis bene merentibus, quos in nomen, quod ferre debeant, adsciſco, extra fratres, do, lego, partem vnam; quam precum assiduitate; Deique liberalitate adsequuta sum, muliebrem meum mundum: quæque eius causa, empta, parata sunt. In eo est Peplum continen-

tiæ.

Digitized by Google

tiæ, Discretionis, & Pectē Discretionis. Zona Virginitatis, & Iustitiæ. Inaures gemmeæ Obedientiæ. Murenulæ aureæ argento vermiculatæ custodiæ interioris. Sponsalitius Annulus fidei inuiolatæ. Cyclas auro intexta virtutum omnium. Sceptrum potentiæ, humilitate obtinendæ. Diadema perfectæ victoriæ. virtutum heroicarum officiis indeptæ. Hac tamen conditione, vt fidem semel datam non violent. Si secus faxint; omnia fidis accrescant.

APOSTOLIS, & Apostolicis viris calceamēta lego, Reipublicæ Messanensi in Sicilia, Florentinæ in Hetruria ob singularem in me affectum, quem epistolis ad me datis testatæ

teſtatæ ſunt, litteræ ad eas à me ſcriptæ, datę donatæ ſum, pro; eas habeant, fruantur: poſteritati tranſmittant me volente fiet.

NATALEM domum meã, quæ ex anguſto patrimonio etiam-num in Galilæa ſuper-eſt, illi regioni in qua Filius meus CHRISTVS Eccleſiæ ſuæ primatum ſtabilire volet, do, lego. Vobis Spiritus beati, qui huc frequenter con-fluxiſtis, ea res cordi ſit. Veſtræ illam committo fidei: vt per immenſa maris ſpacia in Dalmatiam primo transferatis: deinde in Italiã: & in Piceno æterna firmitate collocetis.

VESTEM, quę mihi quotidiana fuit Bizantinus lego. Maneat in vrbe mihi amica, in

in quam Imperator, qui Filii mei partes aget Romam trāsferet, & de nomine suo nuncupabit. Tu, Luca, mihi sæpius adsistere solite, hanc curam adsume. Et quoniam tibi Thracia est destinata, eo, fac, vt perferatur.

IOANNI, CHRISTO Filio, ac mihi in paucis dilecto, qui me, iam dudū, in sua recepit, corpus meum funerandū, tāquam fidei-commissum trado. Ad illius prouidentiam pertinebit, postquā anima ad felices patriæ sedes euolarit, illud cum cereis, & Christiana pompa, non aliis, quam Apostolis, iucundissimis filiis, ac primis heredibus efferentibus Gethsemanæo tumulo, vt inferatur curare.

NE-

Digitized by Google

NEMINEM, modo velit ab hereditate excludo. Non ingratum: non perfidum: non clancularium: non manifestum hostem. Sed hi, & isti, ac illi non nisi malo suo heredes sunto.

HÆC, vti his Tabulis, ceris-ue scripta sunt, ita do: ita lego: ita testor MARIA DEIPARA. Vos, cara mihi pignora, CHRISTI Apostoli, mei dulcissimi nati, testimonium perhibetote, & hæc vulgate. Denique, vt Exequutores testamentarii, hanc voluntatem meam, ceu perpetuam, quia vltimam, constanter obseruate.

Hoc Testamentum est Matris vestræ, Sodales,

Quod

Quod non imber edax: non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, aut fuga temporum.

Vestrum est, qui ad tantam hereditatem admissi estis, conditiones implere. Virgini fidem semel datam seruare. Non indignos vos nomine, quod geritis, & in quod simul cum fortunis suis omnibus adoptauit DOMINA vnquam exhibere. Tandem, pro capillorum vanitate, modestiæ peplum: pro calamistris, pectinem prudentiæ: pro lasciuia, continentiæ zonam: pro mentis nimis libera in obscæna euagatione, custodiæ interioris murenulas: pro totius

corpo-

Digitized by Google

corporis pene meretricio cultu, virtutum cycladem à Matre vobis relictam adsumere.

IAM vero, scriptis, obsignatisque vltimæ voluntatis tabulis, referenda esset DEIPARÆ è corpore emigrantis oratio, qua circumstantes ad fortiter agendum hortabatur: qua infinitum illud DEO se cõiungendi desiderium aperiebat: qua Deum Angel. coadstatu identidem interpellabat. Deinde explicandus esset aduentus Christi ad Matrem dilectissimam deducendum: Angelorum famulatus: Apostolorũ lacrymæ: & singulorum, Ioannis tamen maxime, acclamationes. Sed hæc ab humanis sensibus subducta, & nostro

Testamẽti tabulis subsignatis quid actum.

Digitized by Google

noſtro ſuperiora intellectu, ter exprimere conati, ter calamum ſtrinximus: ter irrito conatu attoniti hæſimus, ter eadem proferre auſi, ter labia diduximus: ter ſtupore correpti conſtitimus, & etiamnum ſtupidi hæremus. Vos, quod verbis non poſſumus, cogitatione percurrite, & DIVAM MATREM Patronam Veſtram, in cœlos euntem comitamini, & audite; *Spiritus meus ſuper mel dulcis, & Hereditas mea ſuper mel & fauum. Memento, Domina Teſtamenti tui.*

Oratio



Spurcum exesto genus; nihil infernalib' usquam
Acceptum porcis hic hyacinthus olet.

Digitized by Google

ORATIO SEXTA.

MARIA

PATRONA

Communis omnium.

Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

ADVOCATA MORTALIVM.

O. P. N.

Dicta in Festo Natiuitatis.

Adonias Patronã adsciscit Regis matrem.

ADONIAS filius Dauidis ex Haggith vxore secundaria, Salomonis frater, pulcherrimus adolescens

Digitized by Google

scens: ille nimirum, qui cum ætate ingraueſcente, quondam bellicoſiſſimus, & rerum geſtarum gloria clariſſimus, Dauid, eius parens domi ſe contineret, equitatum, & currus adornarat, ſeque regni Israelitici heredem, infeſtis, aduerſisque ſuperis auſus fuerat profiteri. Is, dico, mortuo patre, qui viuus adhuc, Salomonem inſtinctu Numinis, ſucceſſorem ſuum eſſe iuſſerat, & Regem proclamari, exarſit in amorem formoſiſſimæ Abiſag, parentis ſui, haud ita pridem, delitias: quam Dauid, ſenio fatiſcens, intactam reliquerat. Quocirca, cum venuſtiſſimam puellam ducere vxorem apud ſe conſtituiſſet, ad *Lib. 3. Reg. cap. 2.*

Digitized by Google

Bethsabee, matrem Salomonis se contulit. Quam orat, atque obsecrat suppliciter, vt, quando cetera amisit, Sunamitidem Abisag, eius intercessione, à Rege obtineat.

Petitio Adonie. *Petitionẽ vnam precor à te* (aiebat supplex) *ne cõfundas faciẽ meam. Precor, vt dicas Salomoni Regi* (*neque enim negare tibi quicquam potest*) *vt det mihi Abisag Sunamitidem vxorem.* Faciuram se, quæ rogabatur, spondet Regis mater. adit ad regem. Salomon, arbitratus, summo illam honore dignã, & omni obseruantiæ genere colendam, quæ se peperisset, venienti adsurgit, loco cedit, in thronum inuitat: *positusque est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius.* Illa intercedit

dit pro Adonia: & regem alloquitur. Exile est, quod peticura venio: ne nega fili, quod genitrix postulat: *Petitionẽ vnam paruulam ego deprecor, ne confundas faciem meam.* Quid respondisse putatis Salomonem? optato, Mater, quæ voles: nihil enim mihi magis in optatis, quam vt matris obsequar voluntati: *Pete mater mea: neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.*

QVOD Bethlabee semel in priuigni sui, neque graui, neque adeo necessaria caussa fecisse legitur; id MARIAM summi regis matrem, & PATRONAM nostrã pene quotidie in filiorum suorum aduocationibus, & petitionibus facere, qui non animad-

Typus Mariæ Patronæ Bethsabee.

Digitized by Google

uertit in aliis, qui in se non experitur, næ ille nouercalem animum in Matre, gnatorum amantissima, suspicari posset: & in ea quidem, quam vnam caritate erga suos omnium ætatum matres longis superare interuallis certissimum est apud Christianos bene institutos. Illa vix vocata exaudit: vix aduocata accurrit: vix interpellata concedit: gaudetque offerri sibi occasionem de carissimis sibi pignoribus bene merendi. Adit filium. neque multis passibus est opus, cum latus eius semper claudat: exponit petitiones suorum, neque paucas, neque exiguas: & meliore profecto euentu, quam Bethsabee. Hęc enim cum petisset Abisag vxorem

Promptissima aduocata Maria.

Bethsabea non impetrat.

Digitized by Google

xorem Adoniæ, postulata materna reiecit Salomon: atque ita repudiauit, vt negaret, etiam cum indignatione, intueri lucem fas esse ei, qui tales nuptias appetiuisset, quibus tyrannidis iacere fundamenta posse videretur: ideoque Adoniam morti addixit.

NON ita ad Matris petitionem se habet CHRISTVS: cui, vt Illustrissimus inquit Damiani, *nihil negat: audit semper. Pete*, Mater, *neque enim fas est, vt auertam faciem tuam. Si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi*, inquiebat Assuerus, Reginæ Ester. Maior est Christi in Matrem liberalitas: facilitas amplior. Et hanc esse causam insinuat Ecclesia,

CHRISTVS Matrem semper audit. Pet. Damian ser. 1. de Nat.

Es. 5.

Digitized by Google

cur magnopere nobis lætandum sit in Natalitiis Virginis, quod *Patronam* nacti simus, quæ quidlibet obtinere possit. Hortaturque, vt singulari animi in spiritualem lætitiam effusi demonstratione, natalem illius colamus, vt hac mentis deuotæ significatione illam nobis demereamur magis, & fauentiorem Aduocatam consequamur: Hunc enim sensum habet versiculus toties ingeminari solitus hac octaua Natæ Deiparæ. *Cum iucunditate Natiuitatem Beatæ* MARIÆ *celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.*

Cur gaudendum in ortu Deiparæ.

ET sane, nonne incredibili quadam iucunditate perfundi æquum est eos, quibus hodie

die nata est MARIA, vt Christi, sic Sodalium, sibi peculiari cultus nexu deuinctorum Mater: quæ cum optima sit, vult nobis abundantissime: cum potentissima, potest facillime, quæcumque, siue ad animum, siue corpus pertinentia, profutura prospicit, impetrare. Hoc videlicet est, quod hodierno die paulo fusius demonstrare constitui. Gaudete, Sodales, nata est vobis hodie PATRONA, *Optima, Maxima. Natiuitas est hodie sanctæ* Mariæ Virginis, *cuius precibus nos adiuuari, mente, & spiritu deuotissime poscimus.* Tu

Diua, quæ gentes hominum salutis
Exules, partu recreas, beato,

Digitized by Google

Astra, quæ pandis, veterumque mutas
Fata Parentum,

dicenti faue.

Tituli B. V. M. Sancta. QVAMVIS proprium sit MARIÆ, audire SANCTA: quia sanctificata, antequam nata: & quia regali ex progenie exorta, in Natiuitate natalitio gratiæ splẽdore refulget. proprium, audire DEIGENITRIX: quia aura Spiritus almi imprægnata, aure verbum, quod DEVS, concepit, intemerata peperit. proprium, VIRGO VIRGINVM: quia in hoc choro palmaris ducit pudicitiæ signa. proprium, MATER VIVENTIVM: quia Euæ morientium matri, eiusque posteritati vitam attulit.

Dei-Genitrix.

Quam-

Digitized by Google

Quamuis dulce sit habere MARIAM, MATREM PVLCHRÆ DILECTIONIS, quæ dilectionis produxit auctorem: dulce habere eandem MATREM SANCTÆ SPEI, quæ dũ mũdus fluctuat, vt Cynosura iter dirigit, ac portum ostendit: dulce, habere MATREM HONORIFICATAM, cuius licet astra caput cingant, maius tamen ipsa astris decus est, quam quod abipsis mutuat.

Quamuis suaue sit gustare fructum MARIÆ, VT LIGNI VITÆ: quia *lignum vitæ* est his, *qui apprehenderunt eam: & qui tenuerit eam beatus*, Prouerbiorum 3. suaue, bibere eius liquorem, quæ, ceu VENA SALVTIS semper saporatis vitæ

Digitized by Google

aquis abundat, & scaturit: Suaue ad eius mensam accumbere, quæ est *Nauis institoris de longe portans panem*: suaue, habere MARIAM, ceu FAVVM *distillantem*, cuius mel mundani fellis amaritudinem dulcorat: suaue, habere eandem, ceu FONTEM signatum, cuius limpidissimas aquas nulla turbidet improbitas.

Quamuis iucundum sit immergi MARIÆ, vt PVTEO aquarum viuentium, quæ seculis omnibus perennantes salutis vndas subministrat: iucundum natare in MARIA, vt TORRENTE mellis & butyri: fluit enim illa continenter vt cœlico delitiarum melle, sic lactis sinceri medulla.

Quam-

Digitized by Google

Quamuis glorioſum ſit habere MARIAM, vt DOMVM SAPIENTIÆ, quam, qui caſto terit amoris pede inter cœleſtes ſophos illico adnumerari poteſt: glorioſum, poſſidere MARIAM, vt THRONVM SALOMONIS, cui dedit ſapientia firmam,

Materiem nitidum Virginitatis ebur.

glorioſum habere Matrem, MVLIEREM *amictam ſole*, cœleſtibus rutilantiorem ignibus: *pulchram, vt Lunam*; imo pulchriorem millecuplo: *Honorificentiam populi* quæ maior multo ſit, quam Iuditha gloria Ieruſalem, lætitia Iſrael. Iudith 15.

Quamuis honorificum ſit colere MARIAM, vt TABERNACVLVM FŒDERIS, ſub quo

quo papilione DEVS, & homo confœderati in vnum coeunt: vt ALTARE THYMIAMATIS: quod nostrorum mephitim criminum odore suo corrigit: vt VIRGAM IESSE, FLORIS parentē, super quem Spiritus Domini requiescit: vt VELLVS GEDEONIS, quod in sicco mundi infelicis campo roridam spei melioris arrham exhibet: vt STELLAM MATVTINAM quæ tartareæ noctis spississimas tenebras momento discutit: vt AVRORAM CONSVRGENTEM, quæ errorum, scelerumque nubila expellit: vt LAPIDEM ADIVTORII, vnde nostræ spei petra fuit recisa.

Quamuis magnū sit quod agnoscamus ac celebremus

MA-

MARIAM, vt PARADISVM VOLVPTATIS, quæ nō mortem, exitiale vitæ malum, sed salutifera & aurea cœli mala protulit: vt DESIDERIVM COLLIVM ÆTERNORVM, ad quam, vt gaudia sua suspirarunt æternitatis candidati: vt LILIVM *inter spinas*: Virginem inter periculosas adolescentiæ illecebras: puellulam innocentissimam inter teneræ ætatis lubricitatem: vt RVBVM *ardentem, incombustum*, quem sacri spiritus flamma allambit: profana non combussit: vt HORTVM CONCLVSVM, qui orbis opes ac delitias intra se continuit: vt TABERNACVLVM DEI *cum hominibus*, quod Altissimus, ac immensus sibi tetendit, cum

dicerer

diceret delitiæ meæ, esse cum filiis hominum; vt THALAMVM SPONSI, quem parauit sibi Deus cum naturæ humanæ oscula libare vellet.

Quamuis eximium quid sit nominare MARIAM, SANCTVARIVM DEI, in quo virtutum omnium gemmulis ornatam sedem posuit cœli, terræque conditor: ARCAM TESTAMENTI de lignis Sethim Virginitatis æternaturæ incorruptibilibus PROPITIATORIVM ALTISSIMI: quæ materna per vbera, natum, patremque propitios nobis reddidit: SCALAM IACOB per quam facile ad astra scanditur: PORTAM CŒLI, quam ærato cardine mors clauserat, donec illa morte domita facta

cta est ianua: SOLIVM GLORIÆ DEI, quod sibi legit glorioſus Dominus, in quo maieſtatis bonitatisque gazas omnes reconderet: REGINAM Cœli, quam ſociam Regnator æternus ſibi adoptauit, vt inferiora benignitatis influxu bearet.

Titulis Protectoris in miseriis magis vrgeant.

QVAMVIS, vt inſinuabam, hæc ſint propria, & magna decora, ac elogia Magnæ Matris: tamen in miſeriis conſtitutis, quibus innumeris circumuallamur, quamdiu carneam hanc corporis molem circumferimus, neſcio, quomodo magis placeant illa, & libentius audiantur, quæ tutelam eiuſdem DOMINÆ, ac in clientulis iuuandis potentiam manifeſtius indicant.

Qualia

Virga Moſis. Qualia ſunt, VIRGA MOSIS, ſalum æque ac ſolũ, imo, cœlum pandens: *Ciuitas refugii.* CIVITAS REFVGII: omnibus ſibi dilectis præſidium & aſylum: *Vrbs fortitudinis.* VRBS FORTITVDINIS, quæ ridet hoſtiles minas: *Clypeus.* CLYPEVS *omnibus in ſe ſperantibus*: nullis penetrabilis vmbo ſagittis.

Turris eburnea. TVRRIS EBVRNEA, è qua fortis mulier fragmento molaris caput obtriuit infernalis Abimelech ignem oſtio ſubiicere molientis: *Turris Dauidica.* TVRRIS DAVIDICA ſacræ militiæ arma offenſiua, ac defenſiua genus omne continens: *Caſtrorum acies.* CASTRORVM ACIES *ordinata*, qua vindice momento funduntur hoſtium innumerabilium exercitus.

QVÆ omnia, &, ſiquæ ſint alia

alia sortis eiusdem, si in vnica vocis nucula includere sit animus, dicemus, PATRONAM. Quod nomen, quidquid ad filiorum tutelam eximium; quicquid ad clientum defensionem firmum; quicquid ad subditorum incolumitatem amplum dici potest, aut excogitari, amplectitur. *Patronæ* vocabulo, & MAIESTAS MARIÆ, & potentia Virginis, & voluntas Matris, & benefaciendi promptitudo Dominæ nostræ exprimitur optime ac declaratur. Siue autem PATRONAM, siue ADVOCATAM dixero, idem intelligo, cum eiusdem rei sit significatiuum vtrumque nomen: idem sit titulus, dum Deiparæ attribuitur.

Titulis Mariæ continentur vno Patronæ.

Scio

Digitized by Google

Patronus & Aduocatus vt differant.

Scio discrimen agnoscere Latinitatis magistros inter *Patronum*, & *Aduocatum*: quod Aduocatus non tantum significet eum, qui alterius causam agit (quem proprie *Patronum* vocari voluit) verum etiam, quicumque adest alteri in causa, officii gratia. Itaque, *Aduocatus* appelletur, etiamsi nihil dicat, vel agat, sed tantum paratus sit defendere? *Patronus* proprie, qui causam agat accusati. Sed nos in hac exedra istiusmodi Grammaticalibus subtilitatibus non adstringimur, sed, Ecclesiastico more, indifferenter *Patronam*, & *Aduocatam* salutamus, quæ suorum suscipit patrocinium, vt si egeant aduocatione, præsentiam suam accommo-

Laur. Valla. Ascon. Verr. I.

Aduocatus quis?

Patronus?

Digitized by Google

commodet: si intercessione; precibus subueniat: si armis, aduoleat ipsa ac defendat, & à periculis omnibus eximat.

TALEM esse *Patronam*, siue *Aduocatam* Virginem MARIAM constat inprimis Ecclesiæ vniuersalis consensu, quæ vbique quotidiè, dum celebratissimum carmen, cuius initium, *Salue Regina*, occinitur, ad Deiparam confugit, & anhelat, *Aduocatam* appellando: *Eia ergo* ADVOCATA *nostra*, illos tuos misericordes *oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende.* Quod dum versibus illustrat Virginis amator ardentissimus Bonauentura, ita & ipse canit:

Maria communis Aduocata.

S. Bonau. can. super Salue Reg.

ADVO-

Digitized by Google

ADVOCATA *libera coram Saluatore.*

Postulare propera, consuetoque more:

Et pro gente misera benigno fauore,

Natum tuum mitiga, materno amore.

Idem Seraphicus Doctor in hymno, quem composuit ad imitationem Ambrosii & Augustini, cuius est exordiū, *Te Matrem Dei laudamus*, ad Virginem conuersus, sic illam compellat. *Tu Agonizatrix pugnantium.* ADVOCATA *pauperum: miseratrix, & refugium peccatorum. Tu erogatrix munerum: post Deum sola spes nostra. Tu salus te inuocantium. Tu promotrix iustorum: congregatrix errantium.* Ne autem illud impetu quodam

quodam absque consideratione effudisse existimetur, vt in orationibus interdum potest cõtingere, idem Theologum agens, in tertium sententiarũ, Distinctione 3. parte 1. Art. 2. scholastice docet, MARIAM esse generis humani ADVOCATAM. Et, *propterea*, inquit, *congruebat, vt Virgo nullum haberet peccatum, & ita vinceret Diabolum, vt nec ei succumberet ad modicum.*

Bonum huius doctrinæ, & affectus magistrum habuerat Bonauentura, eundem, quẽ vitæ sancte instituendæ. Is fuit orbis illud miraculum Franciscus, de quo ipse scribit in Vita: *Matrem Domini indicibili complectebatur adfectu: in ipsam, post Christum, præcipue fidens:*

S. Franciscus B. Virginem constituit sui, ac suorum Aduocatam.

Vita S. Fran. 9

ADVOCATA *libera coram Saluatore.*

Postulare propera, consuetoque more:

Et pro gente misera benigno fauore,

Natum tuum mitiga, materno amore.

Idem Seraphicus Doctor in hymno, quem composuit ad imitationem Ambrosii & Augustini, cuius est exordiū, *Te Matrem Dei laudamus*, ad Virginem conuersus, sic illam compellat. *Tu Agonizatrix pugnantium.* ADVOCATA *pauperum: miseratrix, & refugium peccatorum. Tu erogatrix munerum: post Deum sola spes nostra. Tu salus te inuocantium. Tu promotrix iustorum: congregatrix errantium.* Ne autem illud impetu quodam

Digitized by Google

quodam absque consideratione effudisse existimetur, vt in orationibus interdum potest cõtingere, idem Theologum agens, in tertium sententiarũ, Distinctione 3. parte 1. Art. 2. scholastice docet, MARIAM esse generis humani ADVOCATAM. Et, *propterea*, inquit, *congruebat, vt Virgo nullum haberet peccatum, & ita vinceret Diabolum, vt nec ei succumberet ad modicum.*

Bonum huius doctrinæ, & affectus magistrum habuerat Bonauentura, eundem, quẽ vitæ sancte instituendæ. Is fuit orbis illud miraculum Franciscus, de quo ipse scribit in Vita: *Matrem Domini indicibili complectebatur affectu: in ipsam, post Christum, præcipue fidens:*

S. Franciscus B. Virginem constituit sui, ac suorum Aduocatam.

Vita S. Fran. 9

dens: eam sui, ac suorum ADVOCATAM *constituit: & in eius honorem à festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, vsque ad Assumptionem deuotissime ieiunabat.*

Maria obediens vt sit Aduocata.

MVLTIS, ante hos, sæculis Irenæus, scribens contra hæreses, libro 5. cap. 19. ideo existimat Virginem exstimulatam fuisse à Deo ad singularem obedientiam, vt illius mulieris, quæ per inobedientiam totam suam posteritatem perdiderat, fieret *Aduocata. Sicut Eua*, inquit, *seducta est, vt effugeret Deum: sic MARIA suasa est obedire Deo: vt Virginis Euæ, Virgo Maria fieret ADVOCATA.*

D. BERNARDVS autem ideo concipit Deiparam assumptam in cœlum, vt congru-

Digitized by Google

gruenter illi titulo, negocium noſtrum apud Patrem & Filium agat: ADVOCATAM, ait, *præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tanquam iudicis mater*, & mater miſericordiæ *ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtræ negocia pertractabit*. Idem alio loco ſic te inſtruit de Aduocatæ huius neceſſitate, ac præſidio: *Ad Patrem verebaris accedere: ſolo auditu territus ad folia confugiebas:* IESVM *dedit tibi Mediatorem. Quid non apud talem Patrem talis Filius obtineat? Exaudietur vtique pro ſua reuerentia. Sed forſan in ipſo maieſtatem vereare diuinam: quia licet factus ſit homo manſerit tamen* DEVS. ADVOCATAM *habere vis & ad ipſum? Ad* MARIAM *recurre: pura ſiquidem humanitas in*

Maria: non modo pura ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate naturæ. Nec dubius dixerim: exaudietur & ipſa pro ſua reuerentia. Exaudiet vtique Matrem Filius; & exaudiet Filium Pater. Filioli, hæc peccatorum ſcala: hæc mea maxima fiducia eſt: hæc tota ratio ſpei meæ. Quid enim? poteſt-ne Filius aut repellere, aut ſuſtinere repulſam? Non audire, aut nõ audiri filius poteſt? Neutrum plane. Inueniſti, ait Angelus, gratiam apud Deum. Feliciter ſemper hæc inueniet gratiam: & ſola eſt gratia, qua egemus. Itaq; optemus cũ Gregorio Theologo, qui ita cum Virgine loquitur in tragædia de Chriſto Patiente:

Te tuum erga Filium
Mihi PATRONAM *ſentiam*
acceptiſſimam. POR-

Digitized by Google

PORRO, in *Patrona*, seu *Aduocata*, aut vniuerse, *Defensore* alicuius omnibus numeris perfecto, duo postulo, *Velle*, & *Posse*: velle respicit adfectum; posse, effectum: velle beneuolentiam; posse, potentiam: velle, conatum: posse, successum: velle, intentionem: posse, exequutionem. De propensissima Virginis in nos voluntate dicere non attinet: nam de ea nemini suboriri potest dubium. Ambigis-ne an mater voluntatem habeat patrocinandi filio? an velit nati aduocationem suscipere? an velit pro prole sua intercedere? an cupiat fructum ventris sui incolumem viuere? an desideret à se genitum per se à periculis eximere, & bonis

Duo in Patrona.

Velle.

Posse.

bonis omnibus abundare? MARIA communis est Mater, eoque beneuolentissima *Aduocata*, & *Patrona*.

Potentia Mariæ.

QVÆ potentiam suam semper inuictam, semper victricem sæpissime demonstrauit, siue se, nomenq; suum à perditissimorum oppugnationibus, siue sibi deuinctos à profligatissimorum iniuriis vindicando, & vbique patrocinando, ac opem ferendo. Habuit semper Marianum nomen ab initio nascentis Ecclesiæ aduersarios numero pene infinitos, audacia proiectos, nequitia deterrimos, nocendi mille artibus instructissimos, ingenio limatissimos, viribus fortissimos. Qui illud oppugnarunt, vel instru-

Hostes Mariæ.

cta

Digitized by Google

cta acie, more legionario-
rum, belli fortunam experiri
volentium: vel latrunculo-
rum ritu, prælii aleam ſubter-
fugientium; crebris irruptic-
nibus, ac repentinis aggreſ-
ſionibus terrorem circumfe-
rentium. Primum impetum
fecerunt allophyli, Iudæo-
rum natio, homines nō men-
te, ſed corpore circumciſi,
qui profeſſis odiis, clara luce,
ac, velut exertis brachiis, *Pa-
tronam* noſtram laceſſiuerunt.
Subſequuti ſunt hæretico-
rum anteſignani. Qui tum ſo-
phiſmatum globis: tum con-
ultiorum machinis, tum ſolo
furore, vt ariete, ſed ſine cor-
nibus, Marianæ arcis muros
quatere conſueuerunt. Aut
ſerpentum, & culicum imita-

Digitized by Google

tione, è latebris sibila colla exerunt: & in tenebris rauco murmure circumuolitantes vulnus minitantur, non infligunt. Aut, vt Philistææ vulpeculæ ad Lunam nostram adringunt. Aut, vt Arcadiæ germen ad solem adrudere audent.

Nestoriani. INVASERVNT illam olim Nestoriani, & Θεοτόκον dici noluerunt: id est, Dei Genitricem. Quid effectum? vt orbis Christiani cõspiratione DEIPARA audiat. Ringantur Nestoriani. Infestarunt eam quidem Collyridiani, qui DEAM faciendo, dum videri vellent in eam nimis pii, fuere sacrilege impii. Quasi vero maius quid sit, fictam esse Deam, quam veram DEI Matrem

Collyridiani.

Digitized by Google

trem. Quo id tentarunt ſucceſſu? vt ab Eccleſia vniuerſa habeatur Maria, & creatura per naturam, & Deo proxima per gratiam. rumpantur Collyridiani. Vexarunt illam Manichæi, qui humana ſubſtantia ſpoliare Dominã noſtram conati, Angelum eſſe voluerunt, non Adami neptem. Quo euentu? vt eam orthodoxi omnes, à protoplaſto prognatam eiuſdem naturæ nobiſcum fateantur. deſpuant Manichæi. *Manichæi*

INSVRREXERVNT in Virginem Hebræi poſteriores, ſoliti eam vocare, vel *Thlua*: hoc eſt, *tarnificinam*: vel *Sono*: id eſt, *meretricẽ*: vel *Thmeo*, id eſt, *ſordidatam*. At quid ſunt conſequuti? vt illam Chriſtia- *Hebræi*

ni vniuersi colant ac venerentur tanquam aram misericordiæ, & puritatis castitatisque ideam. reclament athei Apellæ. Incurrere in Deiparam optauit, sed ex insidiis, septemplici gyro contortus Draco tartareus, qui stetit ante Mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret, Apocalypsis 12. Quid effecit? vt sopori sera in os eius iniecta ossa disruptus sit. Sibilet iam, & venena in se spargat.

Draco infernalis.

Lutherus.

CVM illa præliari aggressus est sectariorum nostri temporis primipilus Lutherus, & eam ore blasphemo nescio cui mulierculæ conferre non erubuit. Imo in sermone de Natali Virginis sic scribit:

Omnes

Digitized by Google

Omnes Christiani æque magnisumus sicut Mater DEI: & æque sancti sicut ipsa. Quid euicit: vt nunquam magis pro honore MARIÆ pugnatum sit: nunquam frequentius vsurpatum illud Chrysostomi: *Vere dignum & iustum est glorificare DEIPARAM, & semper beatissimam, & penitus incontaminatam Matrem* DEI *nostri: honoratiorem Cherubim, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem* DEVM *peperisti, vere* DEIPARAM *te magnificamus.* Et istud Ambrosii: *Quid nobilius Dei Matre? Quid splendidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit? Talis fuit* MARIA, *vt eius vnius vita omnium sit disciplina.* Frendeat

Chrys. ſer. in liturgia.

Digitized by Google

deat licet Dei hominumque odium.

Caluinus. CALVINVS sibilat in illam ex cauerna, & inuoluens se spiris simulationis, nunc meritum illi denegat: nunc votum Virginitatis obscurat: sed paullatim exerit anguineum caput, & inanem virginitatem, reliquasq; virtutes proclamat. Quo triumpho? vt serpentinum germen in Caluino, diuinum semen in MARIA agnoscant vniuersi. Vluler licet ignauus bubo dirum mortalibus omen. Denique, ne singulos Mariani nominis hostes consecter: quotquot habuit Ecclesia aduersarios, experta est Patrona nostra Antidicomarianitas. Quibus cessit non magis, quam nata cœlo

cœlo saxa, & rupes, dum plumæ circumuolitant.

Ex quo colligere licet incredibilem Patronæ nostræ potentiam, quæ tot inimicissimorum hostium cuneis circumdata, fuit semper, eritq;, tanquam Rosa, inter spinas: tanquam aurum, inter lutosas venarum glebas: tanquam granum, inter paleas: tãquam medulla, in ossibus: margarita, in conchis: anima inter carnes putridas: nauis, in medio pelago, quæ quo magis ventorum quatitur contrariis flatibus, eo erectiori velificatur supparo. Nunquam enim Patronæ nostræ tantam perspexissemus potẽtiam, nisi à tot hostibus fuisset oppugnata. Augetur MARIÆ re-

Omnium aduersariorum victrix Maria.

gnum, quanto magis premitur. Non minuitur persequutionibus Diuæ nostræ gloria. Arcem Marianam aduersarii oppugnare possunt: expugnare non possunt. Conspirent licet omnes in vnum tyranni, hæreticique, vt MARIÆ nomen obscurent, gloriam pessundent: experientur nullam vim humanam resistere po ſſ diuinæ.

Aduersarii diuersarum nationū.

HABVERVNT olim hostes, Palæstini Chaldæos: Chaldæi Idumæos: Idumæi Assyrios: Assyrii, Persas: Persæ, Achiuos: Achiui Athenienses: Athenienses Lacedæmonios: Lacedæmonii Sidonios: Sidonii Rhodios: Rhodii Scythas: Scythę Hunnos: Hunni Alanos: Alani Sueuos: Sueui, Vandalos: Vã-

Digitized by Google

dali Baleares: Baleares Sardos: Sardi Pœnos: Pœni Romanos: Romani Dacos: Daci Gothos: Gothi Gallos: Galli Hiſpanos: Hiſpani Mauros. Ex his omnibus regnis vnum ab altero, non ab omnibus vnum eſt oppugnatum. At regnum Marianum, & tenebrarum princeps, mundi rectores, & Iudæorum Rabbiniae duces, & hæreticorum præcipui, cominus, eminus: ſigillatim, agminatim: per ſe, per alios inuadere ac inuertere ſunt conati. Sed edite, ſi poteſtis, aliquem huius regni debellatorem, nos edemus protectricem, ac *Patronam*.

CONIECERINT licet telorum aceruos ad hoc ſydus: nulla ſagitta ad ſolem peruenit *Mariæ Sol.*

nit

nit: Sol est MARIA. Flammas pararint in hanc turrim: edax flamma aurum non consumit: Aurum est MARIA. Hastas vibrarint amentatas: repellere ferrum solet clypeus. MARIA, est clypeus nullo telo penetrabilis. Dirarum malleos expediuerint in hanc gemmam: adamas chalybem retūdit. Adamas est MARIA. Saxatilem conuitiorum imbrem deturbarint: saxa sine vulnere crepitantia circa caput galeatum volare solent: Galea est MARIA. Contumeliarum murmura aceruarint: incōcussus expectat circumsonāres fremitus mons saxeus: saxū ingens est MARIA. Classem prædatoriam immiserint in hoc castrum: At rostratæ, quæ

Turris.

Aurum.

Clypeus.

Adamas.

Galea.

Saxum.

Digitized by Google

tæ, quæ in rupem impingunt Rupes.

---Laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem,
rimisque fatiſcunt.

Rupes eſt MARIA.

Vndarum montes impulerint in hunc ſcopulum: ſed irati fluctus, qui ſcopulum verberant, franguntur; irasq;, fremitusq; ſuos in ſe vertunt. Scopulus eſt MARIA: ſed hoſtibus, in quem vndas fruſtra concutiunt. Canes morſus imprimere ſint moliti in hoc oſſeum fulcrum: & canes os mordere poſſunt, & ſanguinolentos dentes frangere, nō imprimere: os eſt fortitudine MARIA. Scopulus. Os.

VIDETIS, opinor, potentiam *Patronæ* noſtræ in cauſa propria:

propria: cui nullavis, nulla fæuitia; nullus insultus nocere potuit. Non minorem ostendere solet illa, cuius nunquam natura nouercatur, in clientum, & multo magis filiorum necessitatibus. Certe, tam benigne illis subuenire solet, tam fortiter opem ferre; vt, cum in illa certare videantur Beneuolentia & Potentia; nescias, cui palma sit danda: &, num ex æquo, *Potens*, ac *Clemens* vocari debeat. Quis, quæso vos, in hoc miseriarum Oceano è decumanis calamitatum fluctibus emergit incolumis? quis è latrocinantium manibus viator euadit intactus? quis merces ex alieno littore transfert in portum? quis victoriam aliquam

Catalogus arumnarum humanarum.

contra

Digitized by Google

contra pacis turbatores, & tranquillitatis publicæ hostes obtinet? quis coronatũ transfert ex hostico exercitũ? quis è morbo sontico cõualescit? quis pestilitatis tempore cum vulgo non occidit? qui non plurimum se debere communi omnium protectrici fateatur, & beneficii memor tabulam gratiæ consequutæ indicem PATRONÆ dedicat? Quis, siue iure, siue iniuria, compedibus vinctus, quis ergastulo mancipatus, quis damnatus ad triremes, metalla, catabulum, si liberetur, MARIÆ *Adiutricis* opem non agnoscit? dexteram non exosculatur?

QVIS è montis supercilio præceps actus, quis è turri præ-

Digitized by Google

præcipitatus, quis è feneſtra barbarico auſu proiectus, quis naufragus, quis rerum omnium egenus, quis orbus, quis ſpoliatus, quis circumuentus, quis obſeſſus, quis falſo delatus, ſine MARIÆ VIRGINIS ope inconcuſſus euadit, fortunas recipit, bonis opulentatur, beatur prole, potiturvictoria, aduerſarios ſubigit? Quis conſcientiæ ſtimulis miſerrimum in modum agitatus? quis in dubiis anxius, quis criminum pondere prægrauatus, vt excutiat, quibus premitur, ab hac Clementiæ, & Potentiæ Patrona nõ pendet? Quis ſobrius, quis pudicus, quis modeſtus, quis patiens, quis prudens, quis iuſtus, quis miſericors, quis liberalis,

Digitized by Google

lis, quis sapiens, quis probus, quis denique veri Dei cultor, quis DEO charus fuit, quis salutem consequutus est vnquam, qui non, vt DEVM bonorum omnium supremum auctorem, ita MARIAM eorundem impetratricem, quia generis humani ADVOCATAM agnquerit?

AVDITE virum sanctitate, & eruditione eximium, Florentinum Præsulem Antoninum, qui probans Deiparam esse *Patronam*, & *Aduocatam* nostram, laudat D. Anselmū cuius hæc sunt verba: *Vt impossibile est, quod illi, à quibus* VIRGO MARIA *oculos misericordiæ suæ auertit, saluentur: ita necessarium, quod hi, ad quos conuertit oculos suos, pro eis aduocans, iusti-*

Maria adscribitur salus peccatorum.

S. Anto. parte 4. tit. 5. ca. 14 §. 7.

Digitized by Google

iustificentur, & glorificentur, Tunc subiungit.

Thecuitis. HÆC ADVOCATA *est figurata in illa prudentissima muliere Thecuite,* de qua libro 3. Reg. 14. *quæ ita sapienter aduocauit apud Regem Dauid, in caussa Absalonis, vani, superbi, & fratricidæ, exulis facti propter tantum scelus in Ierusalem, quod induxit patrem* Dauid *ad misericordiam erga filium, & ab exilio reuocandum. Sic Virgo* MARIA *pro mundo rebelli ipsi* DEO, *& occisore fratris sui, id est, animi sui: propter quod exul constitutur à suprema Ierusalem ita aduocat, & interpellat, vt Deũ Patrem placet, & conuersum ad pœnitentiam ad gloriam inducat.* Vnde Bernardus: *securum accessum habes, apud Deum, ô homo! vbi Mater stat ante Filium: Filius*

ante

Digitized by Google

ante Patrem: Mater ostendit Filio pectus & vbera: Filius ostendit Patri latus & vulnera. Ibi ergo nulla poterit esse repulsa, vbi sunt tot amoris insignia. Ad Thronum igitur eius, scilicet, Virginem Mariam, in qua quieuit, *accedamus cum fiducia* (ait Apostolus ad Hebræos scribens) *vt misericordiam & gratiam consequamur in tempore opportuno.*

EXEMPLA commemorare possem in omni hominum genere, & testificatione auctorum grauissimorum certissima, & antiquitate confirmatissima; sed illorum potissimum, qui Virginis patrocinio plurimum tribuentes, in eius se sodalitatem contulerunt, vt opem magis præsentaneam *Exempla præsidii Mariani.*

Adolescentibus studiosis præstita beneficia.

taneam experirentur. Inter hos sunt, qui narrare solent, magno animi præterita memoria recolentis gaudio, se cum in litterarum studiis versarentur hebetes, Patronæ inuocatione obtinuisse ingenium: cum essent obliuiosi, cõlequutos memoriam: cum ignauia tabescerent, donatos industria. Alios gloriari in Domino recordor, quod postquam Mariam serio colere, & vt ADVOCATAM, suã venerari cœperunt, vel ebriosi antea sobrietatem: vel libidinosi castitatem: vel iracundi, lenitatem: vel timidi fortitudinem: vel auari liberalitatem: vel gulosi temperantiam; vel inuidi caritatem: vel stulti sapientiam, fauore tan-

Digitized by Google

tæ

tæ Patronæ ſint conſequuti.

SED hæc ſunt animæ bona, quæ minus æſtimantur à quibuſdam, quod ſenſibus nõ adeo pateant: tempus autem deficeret enarranti exempla illorum, quibus potentiſſima *Patrona* in corporis bonis, quibus tantopere homines inhiant, benigne fecit, vix opem poſtulata, quid faciet pertinaciſſime compellata? inimicis frequentiſſime præſens adfuit, quid amicis factura? extraneis ſubuenire ſolita domeſticos deſerat? Audiuiſtis frequenter inter aquas ſeruatos in immani, ac ſubito diluuio Virginis ope quam plurimos: merſos vndis in vitam illico reuocatos eiuſdem patrocinio: homines mali genii hoſpi-

Corporis bona per B. V. impetrata.

Miraculoſe ſanitates & liberationes.

Digitized by Google

hoſpites ab eadem liberatos: luminibus captos, ac toto corpore ægros, vel impotentes ab omni labe ſanatos: furioſis mentem redditam: ſtrãgulatis ſpiritum redhibitum: innocentes mirabiliter, è laqueo extractos: captiuos, ad inſtar Petri, ex carcere ductos: oculis grauiter adfectos, ipſosque cœcos reluminatos: herniam congenitam, claudicationem, ſtrumas, epilepſiam, cancrum, cephalalgiã, pleuritidem, vlcera mirifice curata, claudos in greſſum erectos, fœdam membrorum faciem correctam.

LEGISTIS haud dubie patrocinio Deiparæ ſæuiſſimã peſtis contagionem, per vicina & remota loca circumſerpentem

pentem cohibitam: multos à mortis faucibus ereptos; multos à fulminibus exitialibus seruatos: steriles fœcunditatem adeptos: præcipiti ex equo periclitantes à more abstractos: Turcarum incursionem inhibitam: furunculorum auaritiam elusam: rebellium DEO, & Imperatori conatus vaferrimos in caput ipsorum retortos. Testantur hanc PATRONÆ potentissimæ auxiliatricem manum noua-vetera mónumẽta scriptorum in omni gente, & vbique erectæ pyramides, colossi, cippi, tabellæ, tum quæ Lauretum in Italia: tum quæ ad Montem-Serratum in Hispania: tum quæ Crenstochouium in Polonia: tum, quæ ad

Digitized by Google

Montem-regalem in Sabaudia: tum quæ Hallas, & Montem-acutum in Belgica, tum, quæ Dettelbachum in Franconia deferuntur.

Cur tam potens Maria.

SED vnde PATRONÆ nostræ tanta potentia, cum eiusdem illam nobiscum naturæ agnoscamus, non Deam, sed hominem? Fontem aperit S. Bernardus, qui sic differit: *Ascendens in altum Virgo Beata dedit ipsa quoque dona hominibus. Quid inclaret? siquidem nec facultas ei deesse poterat, nec voluntas. Regina cælorum est, misericors est: denique Mater est Vnigeniti Filii Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius, seu pietatis magnitudinem commendare, nisi forte aut non creditur Dei filius honorare Matrem: aut dubitare quis potest omnino*

Sermo 1. de Assumpt.

Digitized by Google

omnino in affectũ caritatis transisse Mariæ viscera, in quib. ipsa quæ ex Deo est, caritas nouem mensibus corporaliter requieuit. Breuiter: ideo tam potens est MARIA, quia Mater omnipotentis, cui petenti nihil negare potest, qui potest omnia.

QVOD perpendentes Ecclesiæ Doctores, iis vtuntur loquendi formulis, dum de *Potentia* agunt Deiparæ, & eius Patrocinium efficacissimum esse demonstrant. vt nisi pia aliqua interpretatione mitigentur, turbare possent ignaros. Certe audet dicere Petrus Damiani, vir sanctissimus, Mariã vt quid impetret, imperare Deo, qui nihil ei denegare queat. Sic enim loquitur Sermone 1. de Natiuitate

Potentia B. Virg. explicata variè.

Digitized by Google

deat licet Dei hominumque odium.

Caluinus. CALVINVS sibilat in illam ex cauerna, & inuoluens se spiris simulationis, nunc meritum illi denegat: nunc votum Virginitatis obscurat: sed paullatim exerit anguineum caput, & inanem virginitatem, reliquasq; virtutes proclamat. Quo triumpho? vt serpentinum germen in Caluino, diuinum semen in MARIA agnoscant vniuersi. Vluet licet ignauus bubo dirum mortalibus omen. Denique, ne singulos Mariani nominis hostes consecter: quotquot habuit Ecclesia aduersarios, experta est Patrona nostra Antidicomarianitas. Quibus cessit non magis, quam nata cœlo

cœlo saxa, & rupes, dum plumæ circumuolitant.

Ex quo colligere licet incredibilem Patronæ nostræ potentiam, quæ tot inimicissimorum hostium cuneis circumdata, fuit semper, eritq;, tanquam Rosa, inter spinas: tanquam aurum, inter lutosas venarum glebas: tanquam granum, inter paleas: tãquam medulla, in ossibus: margarita, in conchis: anima inter carnes putridas: nauis, in medio pelago, quæ quo magis ventorum quatitur contrariis flatibus, eo erectiori velificatur supparo. Nunquam enim Patronæ nostræ tantam perspexissemus potẽtiam, nisi à tot hostibus fuisset oppugnata. Augetur MARIÆ re-

Omnium aduersariorum victrix Maria.

gnum, quanto magis premitur. Non minuitur persequutionibus Diuæ nostræ gloria. Arcem Marianam aduersarii oppugnare possunt: expugnare non possunt. Conspirent licet omnes in vnum tyranni, hæreticique, vt MARIÆ nomen obscurent, gloriam pessundent: experientur nullam vim humanam resistere po ſſ diuinæ.

Aduersarii diuersarum nationū.

HABVERVNT olim hostes, Palæstini Chaldæos: Chaldæi Idumæos: Idumæi Assyrios: Assyrii, Persas: Persæ, Achiuos: Achiui Athenienses: Athenienses Lacedæmonios: Lacedæmonii Sidonios: Sidonii Rhodios: Rhodii Scythas: Scythę Hunnos: Hunni Alanos: Alani Sueuos: Sueui, Vandalos: Vā-

Digitized by Google

dali Baleares: Baleares Sardos: Sardi Pœnos: Pœni Romanos: Romani Dacos: Daci Gothos: Gothi Gallos: Galli Hiſpanos: Hiſpani Mauros. Ex his omnibus regnis vnum ab altero, non ab omnibus vnum eſt oppugnatum. At regnum Marianum, & tenebrarum princeps, mundi rectores, & Iudæorum Rabbiniae duces, & hæreticorum præcipui, cominus, eminus: ſigillatim, agminatim: per ſe, per alios inuadere ac inuertere ſunt conati. Sed edite, ſi poteſtis, aliquem huius regni debellatorem, nos edemus protectricem, ac *Patronam*.

CONIECERINT licet telorum aceruos ad hoc ſydus: nulla ſagitta ad ſolem peruenit *Mariæ Sol.*

nit

nit: Sol est MARIA. Flammas pararint in hanc turrim: edax flamma aurum non consumit: Aurum est MARIA. Hastas vibrarint amentatas: repellere ferrum solet clypeus. MARIA, est clypeus nullo telo penetrabilis. Dirarum malleos expediuerint in hanc gemmam: adamas chalybem retūdit. Adamas est MARIA. Saxatilem conuitiorum imbrem deturbarint: saxa sine vulnere crepitantia circa caput galeatum volare solent: Galea est MARIA. Contumeliarum murmura aceruarint: incōcussus expectat circumsonāres fremitus mons saxeus: saxū ingens est MARIA. Classem prædatoriam immiserint in hoc castrum: At rostra-

Turris.

Aurum.

Clypeus.

Adamas.

Galea.

Saxum.

tæ, quæ

tæ, quæ in rupem impingunt *Rupes.*

---Laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.

Rupes est MARIA.

Vndarum montes impulerint in hunc scopulum: sed irati fluctus, qui scopulum verberant franguntur; irasq;, fremitusq; suos in se vertunt. Scopulus est MARIA: sed hostibus, in quem vndas frustra concutiunt. Canes morsus imprimere sint moliti in hoc osseum fulcrum: & canes os *Os.* mordere possunt, & sanguinolentos dentes frangere, nõ imprimere: os est fortitudine MARIA.

VIDETIS, opinor, potentiam *Patronæ* nostræ in causa propria:

Digitized by Google

propria: cui nulla vis, nulla fæuitia; nullus insultus nocere potuit. Non minorem ostendere solet illa, cuius nunquam natura nouercatur, in clientum, & multo magis filiorum necessitatibus. Certe, tam benigne illis subuenire solet, tam fortiter opem ferre; vt, cum in illa certare videantur Beneuolentia & Potentia; nescias, cui palma sit danda: &, num ex æquo, *Potens*, ac *Clemens* vocari debeat. Quis, quæso vos, in hoc miseriarum Oceano è decumanis calamitatum fluctibus emergit incolumis? quis è latrocinantium manibus viator euadit intactus? quis merces ex alieno littore transfert in portum? quis victoriam aliquam

Catalogus arumnarum humanarum.

contra

Digitized by Google

contra pacis turbatores, & tranquillitatis publicæ hostes obtinet? quis coronatũ transfert ex hostico exercitũ? quis è morbo sontico cõualescit? quis pestilitatis tempore cum vulgo non occidit? qui non plurimum se debere communi omnium protectrici fateatur, & beneficii memor tabulam gratiæ consequutæ indicem PATRONÆ dedicat? Quis, siue iure, siue iniuria, compedibus vinctus, quis ergastulo mancipatus, quis damnatus ad triremes, metalla, catabulum, si liberetur, MARIÆ *Adiutrici* opem non agnoscit? dexteram non exosculatur?

QVIS è montis supercilio præceps actus, quis è turri præ-

Digitized by Google

præcipitatus, quis è feneſtra barbarico auſu proiectus, quis naufragus, quis rerum omnium egenus, quis orbus, quis ſpoliatus, quis circumuentus, quis obſeſſus, quis falſo delatus, ſine MARIÆ VIRGINIS ope inconcuſſus euadit, fortunas recipit, bonis opulentatur, beatur prole, potiturvictoria, aduerſarios ſubigit? Quis conſcientiæ ſtimulis miſerrimum in modum agitatus? quis in dubiis anxius, quis criminum pondere prægrauatus, vt excutiat, quibus premitur, ab hac Clementiæ, & Potentiæ Patrona nō pendet? Quis ſobrius, quis pudicus, quis modeſtus, quis patiens, quis prudens, quis iuſtus, quis miſericors, quis liberalis,

Digitized by Google

lis, quis sapiens, quis probus, quis denique veri Dei cultor, quis DEO charus fuit, quis salutem consequutus est vnquam, qui non, vt DEVM bonorum omnium supremum auctorem, ita MARIAM eorundem impetratricem, quia generis humani ADVOCATAM agnouerit?

AVDITE virum sanctitate, & eruditione eximium, Florentinum Præsulem Antoninum, qui probans Deiparam esse *Patronam*, & *Aduocatam* nostram, laudat D. Anselmū cuius hæc sunt verba: *Vt impossibile est, quod illi, à quibus* VIRGO MARIA *oculos misericordiæ suæ auertit, saluentur: ita necessarium, quod hi, ad quos conuertit oculos suos, pro eis aduocans,*

Maria adscribitur salus peccatorum.

S. Anto. parte 4. tit. 5. ca. 14 §. 7.

iusti-

Digitized by Google

iustificentur, & glorificentur, Tunc subiungit.

Thecuitis. HÆC ADVOCATA *est figurata in illa prudentissima muliere Thecuite*, de qua libro 3. Reg. 14. *quæ ita sapienter aduocauit apud Regem Dauid, in caussa Absalonis, vani, superbi, & fratricidæ, exulis facti propter tantum scelus in Ierusalem, quod induxit patrem* Dauid *ad misericordiam erga filium, & ab exilio reuocandum. Sic Virgo* MARIA *pro mundo rebelli ipsi* DEO, *& occisore fratris sui, id est, animi sui: propter quod exul constitutitur à suprema Ierusalem ita aduocat, & interpellat, vt Deũ Patrem placet, & conuersum ad pœnitentiam ad gloriam inducat.* Vnde Bernardus: *securum accessum habes, apud Deum, ô homo! vbi Mater stat ante Filium: Filius*

ante

Digitized by Google

ante Patrem: Mater ostendit Filio pectus & vbera: Filius ostendit Patri latus & vulnera. Ibi ergo nulla poterit esse repulsa, vbi sunt tot amoris insignia. Ad Thronum igitur eius, scilicet, Virginem Mariam, in qua quieuit, *accedamus cum fiducia* (ait Apostolus ad Hebræos scribens) *vt misericordiam & gratiam consequamur in tempore opportuno.*

EXEMPLA commemorare possem in omni hominum genere, & testificatione auctorum grauissimorum certissima, & antiquitate confirmatissima; sed illorum potissimum, qui Virginis patrocinio plurimum tribuentes, in eius se sodalitatem contulerunt, vt opem magis præsentaneam *Exempla præsidii Mariani.*

Adolescentibus studiosis præstita beneficia.

taneam experirentur. Inter hos sunt, qui narrare solent, magno animi præterita memoria recolentis gaudio, se cum in litterarum studiis versarentur hebetes, Patronæ inuocatione obtinuisse ingenium: cum essent obliuiosi, cõsequutos memoriam: cum ignauia tabescerent, donatos industria. Alios gloriari in Domino recordor, quod postquam Mariam serio colere, & vt ADVOCATAM, suã venerari cœperunt, vel ebriosi antea sobrietatem: vel libidinosi castitatem: vel iracundi, lenitatem: vel timidi fortitudinem: vel auari liberalitatem: vel gulosi temperantiam; vel inuidi caritatem: vel stulti sapientiam, fauore tan-

Digitized by Google

tæ

tæ Patronæ ſint conſequuti.

SED hæc ſunt animæ bona, quæ minus æſtimantur à quibuſdam, quod ſenſibus nõ adeo pateant: tempus autem defieret enarranti exempla illorum, quibus potentiſſima *Patrona* in corporis bonis, quibus tantopere homines inhiant, benigne fecit, vix opem poſtulata, quid faciet pertinaciſſime compellata? inimicis frequentiſſime præſens adfuit, quid amicis factura? extraneis ſubuenire ſolita domeſticos deſerat? Audiuiſtis frequenter inter aquas ſeruatos in immani, ac ſubito diluuio Virginis ope quam plurimos: merſos vndis in vitam illico reuocatos eiuſdem patrocinio: homines mali genii hoſpi-

Corporis bona per B.V. impetrata.

Miraculoſe ſanitates & liberationes.

Digitized by Google

hoſpites ab eadem liberatos: luminibus captos, ac toto corpore ægros, vel impotentes ab omni labe ſanatos: furioſis mentem redditam: ſtrãgulatis ſpiritum redhibitum: innocentes mirabiliter, è laqueo extractos: captiuos, ad inſtar Petri, ex carcere ductos: oculis grauiter adfectos, ipſosque cœcos reluminatos: herniam congenitam, claudicationem, ſtrumas, epilepſiam, cancrum, cephalalgiã, pleuritidem, vlcera mirifice curata, claudos in greſſum erectos, fœdam membrorum faciem correctam.

LEGISTIS haud dubie patrocinio Deiparæ ſæuiſſimã peſtis contagionem, per vicina & remota loca circumſerpentem

pentem cohibitam: multos à mortis faucibus ereptos; multos à fulminibus exitialibus seruatos: steriles fœcunditatem adeptos: præcipiti ex equo periclitantes à more abstractos: Turcarum incursionem inhibitam: furunculorum auaritiam elusam: rebellium DEO, & Imperatori conatus vaferrimos in caput ipsorum retortos. Testantur hanc PATRONÆ potentissimæ auxiliatricem manum noua-vetera mónumẽta scriptorum in omni gente, & vbique erectæ pyramides, colossi, cippi, tabellæ, tum quæ Lauretum in Italia: tum quæ ad Montem-Serratum in Hispania: tum quæ Crenstochouium in Polonia: tum, quæ ad

Digitized by Google

Montem-regalem in Sabaudia: tum quæ Hallas, & Montem-acutum in Belgica, tum, quæ Dettelbachum in Franconia deferuntur.

Cur tam potens Maria.

SED vnde PATRONÆ nostræ tanta potentia, cum eiusdem illam nobiscum naturæ agnoscamus, non Deam, sed hominem? Fontem aperit S. Bernardus, qui sic differit: *Ascendens in altum Virgo Beata dedit ipsa quoque dona hominibus. Quidinctaret? siquidem nec facultas ei deesse poterat, nec voluntas. Regina cælorum est, misericors est: denique Mater est Vnigeniti Filii Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius, seu pietatis magnitudinem commendare, nisi forte aut non creditur Dei filius honorare Matrem: aut dubitare quis potest omnino*

Sermo 1. de Assumpt.

Digitized by Google

omnino in affectu caritatis transisse Mariæ viscera, in quib. ipsa quæ ex Deo est, caritas nouem mensibus corporaliter requieuit. Breuiter: ideo tam potens est MARIA; quia Mater omnipotentis, cui petenti nihil negare potest, qui potest omnia.

Potentia B. Virg. explicata variè.

QVOD perpendentes Ecclesiæ Doctores, iis vtuntur loquendi formulis, dum de *Potentia* agunt Deiparæ, & eius Patrocinium efficacissimum esse demonstrant. vt nisi pia aliqua interpretatione mitigentur, turbare possent ignaros. Certe audet dicere Petrus Damiani, vir sanctissimus, Mariã vt quid impetret, imperare Deo, qui nihil ei denegare queat. Sic enim loquitur Sermone 1. de Natiuitate

Digitized by Google

Virginis: *Fecit in te magna, qui potens est: & data est tibi omnis potestas in cœlo & in terra.* Probat id exemplo Theophili celebratissimo ex perditionis damnationisque baratro intercessione Virginis erepti. Tum subiungit: *Quomodo illa potestas tuæ potentiæ poterit obuiare, quæ de carne tua carnis suscepit originem. Accedis enim ante illud aureum humanæ reconciliationis altare non solum rogans* sed IMPERANS: *Domina, non Ancilla.* Quomodo *Imperans* Cardinalis sapientissime? an non imperare est superioris? Ergo obedit DEVS Virgini imperanti? Nihil hic noui esse, aut quod errorem sapiat dicet Damiani. Nam & Iosue 10, cum impetrasset solstitium insolens,

Maria impetrat, dum petit.

Digitized by Google

insolens, dicitur id factum, *Obediente Deo voci hominis.* Si Iosue stationem siderum poscenti obediuit DEVS, cur non obediat postulanti suorum salutem MARIÆ? *Obedit Deus voci hominis.*

VERVM ne id sine ratione dictum existimetur conatur S. Antoninus ex Philosophiæ ac Theologiæ principiis id ipsum stabilire. Siquidem statuens discrimen inter orationem Deiparæ, & aliorum cœlitum: *Oratio*, inquit, *sanctorum non innititur alicui rei ex parte sui; sed tantum misericordiæ ex parte DEI. Oratio autem Virginis innititur gratiæ Dei iure naturali, & iustitiæ Euangelii. Nam filius non tantum tenetur audire matrem*, sed & OBEDIRE, *iuxta illud Apostoli:* Filii obedite pa- *Matri conuenit imperare in liberos.* *S. Anton. Par. 4. tit. 15. cap. 17. §. 4.*

Digitized by Google

rentibus vestris. *Quod etiam est de iure naturæ.* Ex quibus infert, nobilissimum orandi modum fuisse Deiparæ: *tum quia habebat rationem* IVSSIONIS & IMPERII: *tum, quia impossibile erat eã non exaudiri iuxta illud, quod in figura eius dixit Salomon matri suæ Bethsabee cum aliquid petere vellet: Pete mater mea: neque enim fas est, vt auertam faciem meam.* Hæc tantus Theologus. Cui refragari nõ possumus, *si imperii* vocem, & *iussionis*, paullo latius, & moraliter exponamus. Nam imperare dicitur, & armatis precibus vti, qui, cum alteri sit percarus, ab eo quidpiam instanter postulat. Et parentum postulata, quid sunt, nisi imperia?

lib. 3. Reg 1.

Imperii vox populariter sumpta.

VT

VT hoc nomine efficaciã impetrandi, quam habet B. Iosephus Christi putatitius tantum pater recte exaggerauerit Cancellarius Parisiensis Gerson, in Iosephina, sic cantillans: *S. Iosephi impetratio efficax.*

Quanta ô fiducia! quanta est
Vis impetrandi! Quia dum
vir, dum pater erat
Vxorem & natum, quasi IMPERIVM *reputatur.*

Geminam huius rei causam dabat Iosephi ac eius sponsæ amantissima, Theresia admirabili sanctitate fœmina. Hanc dicere solitam accepimus: Christum in cœlis facile exaudire Iosephi preces, vt experientia didicerat, quia Christum Ioseph in terris subditum habuerat: sed *S. Theresia.*

Digitized by Google

S. Bern. Homil 1. super missus.

non minus MARIA quam Ioseph: imo magis, cum, vt monet Bernardus, Ioseph subditus fuerit Iesus propter Mariam.

Imperii vox metaphorica quid significet.

Itaq; non male imperium aliquod tribuitur *Aduocatæ* nostræ, dum pro nobis intercedit. Quamuis, ea vocula figurate non aliud significetur, quam efficacissimũ esse Deiparæ patrocinium: & nihil non obtinere, quod pro nobis postulat: atque ita dici, *Omnia posse*, modo loquendi Apostoli gloriantis, *Omnia possum in eo, qui me confortat*, ad Philippenses 4. Quam quidem Patrocinii Mariani efficaciam, Patres alii mitius, & magis temperatis loquendi formulis, idem tamen significantibus exprimunt.

Digitized by Google

munt. Audite Gregorium Nicomedienſem his verbis & confidentiam ſuam in Virginem, & huius in patrocinando potentiam extollentem in oratione de oblatione Deiparæ: *Per te nos regnum cœlorum ſperamus aſſequuturos. Te noſtræ ſalutis habemus adiutricem. Te noſtri auxilii habemus defenſatricem. Te proponimus, cuius ore noſtra dicatur excuſatio. Te noſtræ fiduciæ circumferimus gloriationem. Da petitioni conuenientem (potes enim) euentum. Habes, vt mater in filium, quæ recuſari non potest, fiduciam. Habes vires inſuperabiles: robur inexpugnabile: ne immenſam clemẽtiam tuam ſuperet multitudo peccatorum. Nihil tuæ reſiſtit potentiæ: nihil repugnat tuis viribus: omnia ce-*

Gregorium Nicomedien.

Digitized by Google

dunt tuo iussui: omnia tuo obediunt IMPERIO: *omnia tuæ* POTENTIÆ *seruiunt: Te omnibus suis operibus reddit excelsiorem, qui est ex te natus. Tuam gloriam Creator existimat esse propriam: & tanquam filius in ea exultans, quasi exoluens debitum, implet petitiones.* Quid posset dici ad Dominæ nostræ potentiam celebrandam magnificentius?

Maria nulli subtrahit subuentionem.

Guilelm. Parisien. libr. de rhetor. diu.

Eandem sic extollit Guilelmus Parisiensis in libro Rhetoricæ diuinæ, *Patronam* nostram alloquens: *An falsò & inaniter vocat Te omnis Ecclesia sanctorum* ADVOCATAM *suam, & miserorum refugium? Absit à Matre DEI, quæ fontem pietatis toti mundo peperit, vt cuiquam miserorum suæ miseri-

Digitized by Google

fericordiæ ſubuentionem vnquam deneget. Subiungit deinde: *Nulla creatura, & tanta, & talia impetrare poſſet apud benedictum Filium tuum miſeris, quantum tu apud ipſum impetras eiſdem. In quo, procul dubio, non tanquam Ancillam, ſed tanquam Matrem veriſſimam Te honorat.*

D. ANSELMVS autem ita de hac *Potentia* loquitur, vt videatur illam ad omnipotentiam euehere: ſed ſano ſenſu: non eo, quo heterodoxi omnipotentiæ ac omnipræſentiæ perfectionem humanitati Verbi adfingunt. *Rogamus Te, Domina*, ait Præſul Cantuarienſis, *per ipſam gratiã, qua Te pius, & omnipotens Deus ſic exaltauit, & omnia tibi ſecum poſſibilia eſſe donauit, quatenus*

Maria quomodo omnipotens.

Anſelmus.

Digitized by Google

id apud ipsum nobis impetres, & obtineas. Quocirca: quicquid petet Virgo id actu tum impetraturum confirmat. *Benedictissimus*, inquit, *Filius tuus Dominus noster Iesus Christus erit ad concedendum quicquid voles promptissimus, & exauditilis. Tantummodo itaque veiis salutem nostram: & vere nequaquam salui esse non poterimus.* Certe DEVS *noster*, teste Propheta, *Misericordia nostra est: & tu eiusdem Domini nostri absque dubio vera Mater es.* Admirandum dictum: Patronæ nostræ velle, esse ipsum posse: ac proinde, tantum illam posse quantum velit. De Deo id simpliciter adfirmamus, quem omnipotẽtem asserimus: quia potentiam omnium patratri-

Velle Virginis est esse.

cem-

cem à voluntate, & hanc ab illa auullam non habet. De Domina nostra per accommodationem congruam. Velitiaq; Virgo nos sanos, pulchros, robustos: velit nos opulentos, nobiles, in dignitate constitutos: velit nos bonos, pios, sanctos, non poterimus non fieri tales. Nam velle Virginis, est posse. Adde: non poterimus non esse tales: momento tales erimus: quales ipsa vult esse: cum ipsius velle non solum sit posse; sed & efficere. Quia cum voluntatem suam diuinæ semper conformem habeat, nec ab ea separatam: hæc autẽ rem, quam vult, efficiat: dum vult Virgo nos habere quidpiam, illico euenit vt habeamus. Id confir-

Digitized by Google

confirmatum testimonio cœlitum prodidit S. Brigitta lib. 4. Reuelationum cap. 74. vbi refert sanctos apparuisse, & dixisse Virgini. *O Domina benedicta, Tu portasti Dominum in te: & Tu Domina omnium es. Quid est quod non poteris? Quod enim Tu vis, hoc factum est.*

Inuocatio nominis Mariæ quanti momenti.

ADSVRGIT ad altiora Anselmus, & audet proferre aliquid, quod nisi ratione stabiliret, paralogum merito videretur, & vt incredibile, reiiciendum. Asserit enim, illam esse potentiam & efficaciam Patrocinii Mariani, vt eius nomine inuocato, nonnũquam facilius, ac celerius salus obueniat, quam implorato salutifero nomine IESV. Quid ais Anselme? non me-

De Excell Virg. cap. 6.

tuis,

Digitized by Google

tuis, nequis ignarus, aut male-uolus hinc efficiat, maiorem à te fieri MARIAM, quam sit IESVS: Matrem quam sit Filius: creaturam, quã sit Creator: homo, quam sit DEVS? Præuidit hoc doctissimus Antistes: ideoq; adiungit: id non fieri *quod ipsa maior, & potentior eo sit. Nec enim ipse magnus, & potens est per eam: sed illa per ipsum:* Dicti ergo sui hanc probationem adhibet: *Filius eius Dominus est, & Iudex omnium discernens merita singulorum. Dum igitur ipse à quouis suo nomine inuocatus non statim exaudit, profecto id iuste facit. Inuocato autem nomine Matris, & si merita inuocantis non merentur, vt exaudiatur: merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur.* Hoc deniq; vsus humanus

confirmatum testimonio cœlitum prodidit S. Brigitta lib. 4. Reuelationum cap. 74. vbi refert sanctos apparuisse, & dixisse Virgini. *O Domina benedicta, Tu portasti Dominum in te: & Tu Domina omnium es. Quid est quod non poteris? Quod enim Tu vis, hoc factum est.*

Inuocatio nominis Mariæ quanti momenti.

ADSVRGIT ad altiora Anselmus, & audet proferre aliquid, quod nisi ratione stabiliret, paralogum merito videretur, & vt incredibile, reiiciendum. Asserit enim, illam esse potentiam & efficaciam Patrocinii Mariani, vt eius nomine inuocato, non-nũquam facilius, ac celerius salus obueniat, quam implorato salutifero nomine IESV. Quid ais Anselme? non me-

De Excell Virg. cap. 6.

tuis,

Digitized by Google

tui, nequi signarus, aut male-uolus hinc efficiat, maiorem à te fieri MARIAM, quam sit IESVS: Matrem quam sit Filius: creaturam, quã sit Creator: homo, quam sit DEVS? Præuidit hoc doctissimus Antistes: ideoq; adiungit: id non fieri *quod ipsa maior, & potentior eo sit. Nec enim ipse magnus, & potens est per eam: sed illa per ipsum:* Dicti ergo sui hanc probationem adhibet: *Filius eius Dominus est, & Iudex omnium discernens merita singulorum. Dum igitur ipse à quouis suo nomine inuocatus non statim exaudit, profecto id iuste facit. Inuocato autem nomine Matris, & si merita inuocantis non merentur, vt exaudiatur: merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur.* Hoc deniq; vsus humanus

humanus quotidie probat, cum quis proposito Dominico nomine efficaciter ab alio aliquid impetrat: quod simpliciter sua prece nequaquã impetrare potest.

Cur ad Mariam quam Christum citius confugiant quidam.

AN ob hanc caussam fortasse Christiani omnes, bene instituti, singulari quodam instinctu, atque impetu in necessitatibus ac periculis ad MARIAM primum refugiunt, illiusque postulant patrocinium? Quod in reuerentiam & timorem refert S. Bernardus, quo Christum quippe DEVM, ac Iudicem prosequimur: non in potentiam inferiorem, quod nefas est cogitare: aut in diffidentiam: quod absit. *Fidelis*, inquit, *& potens Mediator Dei & hominum*

S. Bern. Serm. signum magnum.

hominum CHRISTVS: *sed diuinam in eo reuerentur homines Maiestatem. Absorpta videtur in Deitatem humanitas. Non, quod mutata sit substantia: sed adfectio deificata. Non sola cantatur ei misericordia: cantatur & iudicium. Denique* DEVS *noster ignis consumens est. Quid ni vereatur peccator accedere: ne, quemadmodum fluit cera à facie ignis, sic pereat ipse à facie Dei? Opus est enim Mediatore ad istum Mediatorem: nec alter nobis vtilior, quam MARIA.* Quocirca: *si pertimescis supplicaturus ad Deum accedere* (monitum est Hugonis Victorini) *respice ad* MARIAM *non illic inuenis, quod times: genus tuum vides.* *Hug de S. Vict. in sententiis.*

SED ita genus tuum vides, vt potentiam creatoris in ea agnoscas. Quæ est contem- *In Maria potentia creatoris.*

Digitized by Google

platio Seraphici Patris Bonaventuræ: qui sic Virginem Patronam compellat: *Quia Dominus patētissimus potentissime tecum est. ideo & tu es potentissima secum.* Potētissima es per ipsum: potentissima apud ipsum: ita vt vere dicere possis illud Ecclesiastici: *In Ierusalem potestas mea*: id est, in Ecclesia triumphante, & militante potestatem habet Mater potentissima Creatoris. Quamobrem: non hyperbolice dixit Germanus Constantinopolitanus Patrociniū B. Virginis Mariæ tale esse vt ingenii humani conceptionem vincat. *Omnia tua admirabilia sunt*, ait, ô Deipara: *omnia ingentia: & aliorum vires superantia: propterea & PATROCINIVM tuum maius est,*

In spe B. V. cap. 7.

Eccles. 24.

Germ. Orat. de Zona.

Digitized by Google

est, quam intelligentia apprehendi possit. Intelligentia scilicet nō humana solū, sed & angelica. Quicquid enim petit accipit: quicquid desiderat, infallibiliter obtinet. Quanta, Deus bone! vis est intercessionis Mariæ? quanta efficacia precum quibus nihil denegatur?

Vis intercessionis Mariana.

HINC iam disces, non temere pronunciare Scholasticos Doctores: B. Virginis intercessionem maioris esse energiæ, & efficaciorem, non solum, quam vllius cum Deo regnantis Beatorum, verum etiam, quam coniunctim omnium aulæ cœlestis incolarū. Quod effatum, non vt cōcionatorium, aut oratoriæ facilitatis; sed vt Theologicū, ac Scholastici rigoris agnoscit subtilissimus æui nostri

Digitized by Google

Theologus Franciſcus Suarez. Qui ex eo ita colligit. *Si cogitatione fingamus B. Virginem aliquid poſtulare, totamque cæleſtem curiam illi reſiſtere. Sicut apud Danielem vnus Angelus alteri reſiſtebat potentior eſſet, maiorisque efficaciæ & valoris apud Deum, Virginis, quam reliquorum omnium Sanctorum oratio. Quod dignitati Matris eſt maxime conſentaneum, & perfectiſſimæ gratiæ, & caritati B. Virginis quodammodo debitum. Ideo Eccleſia & frequentius, & altiori quodam modo orat ad Virginem, quam ad reliquos ſanctos.*

Suar. Tomo 2. in 3. P. Diſp. 23. ſect. 2.

HANC præſtantiam interceſſionis Marianæ probat tãtus Theologus alio argumento: Quia inter Sanctos non ſolemus vti vno tanquam interceſ-

Alii ſancti interceſſores apud Virginem M.

Digitized by Google

terceſſore ad alium, cum omnes ſint eiuſdem ordinis: ad Virginem autem, tanquam ad Dominam, ac Reginam alii Sancti adhibentur interceſſores. Et ita Angelicam ſalutationem aliis ſanctis recitamus, vt eam pro nobis Virgini repræſentent. *Diſſ. cit. ſect. 3.*

HABEMVS iſtius interceſſionis mediatæ exemplum in Reuelationibus B. Brigittæ libro 4. cap. 103. vbi S. Dionyſius Galliarum Apoſtolus ita viſus eſt loqui ad communem ADVOCATAM: *Regina Miſericordiæ, Tu es, cui data eſt omnis miſericordia: & Mater Dei facta es, propter miſerorum ſalutem: miſerere igitur regno Franciæ tuo & meo: tuo quidem, quia habitatores eius pro modulo ſuo Te honorant:* *Interceſſio mediata.*

rant: meo autem, quia Patronus eorum sum, & in me habent fiduciam. Tu vides quantæ animæ periclitentur omni hora. Effectum habuit istiusmodi deprecatio: nam sequenti capite refertur; Virginem beatam cũ Dionysio & aliis sanctis pro liliato regno interceſſisse.

Intercessio B. V. nunquã suo frustratur fine.

ITAQVE cum tantæ virtutis, & efficacitatis sit *Interceſsio Patronæ* nostræ, quæ nunquam suo frustratur fine, an non merito monet Ecclesia huius gnara mysterii, vt cum iucunditate *Natiuitatem B. Mariæ celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum:* Adsciuimus illam in PATRONAM. Diximus omnes primo nostræ in Sodalitatem admissionis die:

SANCTA

Digitized by Google

SANCTA MARIA *Mater Dei & Virgo, Ego Te hodie in Dominam,* PATRONAM & ADVOCATAM *eligo.* Electæ à nobis imploremus auxilium: ad ipsam in necessitatibus & calamitatibus nostris confugiamus: frequẽter ingeminemus: *Eia ergo* ADVOCATA *nostra,* Quod est illi longe gratissimum: & ad opem præsentaneam obtinendam efficacissimum; si vera sunt, quæ habentur in Reuelationibus B. Gertrudis.

HÆC pia matrona cum in festo Natiuitatis B. Virginis ad completorium cantaretur antiphona, *Salue Regina,* illaque, eo versiculo: *Eia ergo* ADVOCATA *nostra,* benignissimam Matrem in suum auxilium

Reuel. lib. 4. ca. 53.

Gandet Virgo vocari Aduocata.

Digitized by Google

auxilium aduocaret, *videbatur Mater* Dei Maria, *velut funibus quibusdam validis tracta inclinari ad eam. Per quod intellexit, quod quoties aliquis ipsam suam* ADVOCATAM *cum deuotione nominando, inuocat: per hoc nomen materna pietas eius in tantum commouetur, quod nullatenus se potest cohibere, quin benigne precibus eius inclinetur. Ad illa autem verba:* Illos tuos misericordes oculos; *Beatissima Virgo mentum Filii blande tangens ipsum versus terram inclinauit ad nos, dicens: Isti sunt misericordissimi oculi mei, quos ad omnes me inuocantes salubriter possum inclinare: unde, & uberrimum fructum consequuntur salutis aeternae. Hinc à Domino hanc percepit eruditionem B. Gertrudis ut*

ad

ad minus quotidie Matrem ſuam beatiſſimam duplici illo verſu. Eia ergo ADVOCATA noſtra: *&*, Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte, *inuocaret certa quod per hoc in hora ſua nouiſſima non mediocre ſolatium obtineret.*

CERTI & nos ſimus, ſi vera illam fide, & filiali affectu, vt *Patronam & Aduocatam* inuocauerimus, fore, vt, non in hora tantum nouiſſima, ſed qualibet calamitate ſolatium obtineamus. Eſt enim MARIA, PATRONA & ADVOCATA VNIVERSALIS, quæ nõ adſtringitur certis temporibus: non arctatur locis: non addicitur ſignatis cauſis, & negociis. A primo ortus noſtri, imo conceptus momen-

Certitudo interceſſionis Mariana.

MARIA Patrona vniuerſalis.

Si ſpectes Tempus.

Digitized by Google

to patrocinari incipit. Idem facit in infantia & pueritia: idem in adolescentia & iuuentute: virum non deserit: adest seni: adsistit decrepito: moribundo se *Aduocatam* præbet: mortuum comitatur ad tribunal: & dum esse homo desinit, *Aduocata* esse MARIA non desinit.

Loca. Idq; sine regionum & personarum respectu. Patronum colit Hispania, Iacobum, Gallia, Dionysium, Anglia, Augustinum; India, Thomam; Germania, Bonifacium; Franconia, Kilianum. Omnes nullo discrimine MARIAM. Hæc orientis æque, ac occidentis: nõ minus Septentrionis, quã meridiei: Europæ iuxta ac Africæ; & Asiæ: noti ignotique orbis

orbis incolis *Aduocatam* se præbet. Hanc vterq; sexus; omnis cõditio; quælibet tribus, nulla non familia, si bene sibi esse velit, *Patronam* aduocat. Mãgni, parui: nobiles, ignobiles: domini, serui: diuites, pauperes: docti, indocti: pulchri, deformes: denique, absque differentia omnes, omnes. *Perse: ma.*

IDq; nullo negociorũ, beneficiorũ, obtinendorũ, nullo necessitatũ, & calamitatum discrimine. Qui dẽtibus torquetur, Patronam inuocat D. Apolloniam, qui oculorũ suffusione laborat, confugit ad S. Otiliã: quæ mamillis male est affecta, opem implorat à B. Agatha: cui guttur interitum minatur, confert se ad S. Blasium: qui contagiosam luem *Negocia, & Beneficia.*

Digitized by Google

metuit, appellat Sebastianum, & Rochum: qui igne sacro amburuntur patrociniũ postulant Antonii: in partu periclitantes patronum nominant Ignatium. Sed hi omnes & quibuscumque malis conflictati alii, MARIAM.

Artifices. Magistri. Doctores.

PATRONOS colunt Sutores, Crispinum, & Crispinianum Romanos: Sarcinatores vestium S. Homobonũ Cremonensem: Fabri, siue lignarii, siue Ferrarii, Iosephum: Agricolæ in Hispania S. Isidorum nuperrime canonizatũ: Venatores, Diuos Hubertum & Ægidium; nescio, an Vinitores in Franconia Sanctos Bacchum, ac Sergium: Philosophi Catharinam: Medici Lucam; Iurisperiti Iuonẽ: Theo-

Digitized by Google

Theologi poſt Petrũ & Paulum Theologiæ Chriſtianæ ſub Chriſto principes, Auguſtinum: Scholaſtici familiæ Dominicanæ Thomam Aquinatem *Doctorem Angelicum*: ordinis Franciſcani, aliqui Alexandrum Haleſem Britannum, *Doctorem Irrefragabilem*: alii Bonauenturam à Balneo regio Italum, *Doctorem Seraphicum*: nonnulli Ioannem Dunſium Scotum, vel Hibernum *Doctorem ſubtilem*: Theologi ordinis Eremitarum D. Auguſtini. Ægidium Romanum ex illuſtriſſima proſapia Columnenſium *Doctorem Fundatiſſimum*. Ordinis Carmelitarum Ioannem Baconum Anglum, *Doctorem Reſolutum*. Multi etiam Henri-

Digitized by Google

cum Gandauenſem, *Doctorem ſolennem.* Nominales Theologi Gulielmum Ochamum, Gregorium, Herueũ. Theologi Myſtici ac Symbolici Dionyſium Areopagitam *Doctorem diuinum.*

Milites. MILITES Patronum ſibi aſciuerunt peculiarem, poſt S. Michaelẽ militiæ Chriſtianæ ſupremum Aduocatum, S. Georgiũ: Imperatores Henricum, poſt Conſtantinum, & Carolum: Reges, Ludouicũ, Stephanum, Caſimirum: Archiduces, Leopoldũ: omnes MARIAM, vt omnium communem PATRONAM, nulli non fauentem, beneficiorum omnium largitricem.

VT enim optime ſcripſit Virginis laudator eximius Idiota:

Digitized by Google

diota: *Ceteri sanctiiure quodam patrocinii pro sibi specialiter commissis plus possunt prodesse in curia Altissimi, quam pro alienis. Beatissima vero Virgo* MARIA, *sicut est omnium Regina, sic & omniũ* PATRONA, *&* ADVOCATA. *Et cura illi est de omnibus. Ideoque,* vultum eius deprecantur omnes diuites plebis, *vt est Psalmo* 44. *id est, magnates: nec illi tantum, sed egeni quoq;, & hi magis, vt magis opis indigi: corporalis quidẽ sæpe, nõ semper spiritualis.* Idiota lib. de cõtem. Maria in Prologo.

QVAMOBREM, cũ illo honore, cultu, veneratione prosequamur naturæ quodã ductu, à quibus vel in reb. aduersis ope adiuti: vel in prosperis auxilio cõfirmati: vel in dubiis consilio solidati: vel à discrimine patrocinio erepti sumus, Patrem mundi beatissimã omnium colimus.

mus, vel quolibet etiam, quãuis minimo beneficio affecti, quo dignam censebimus cultu illam, quam in omnibus casibus, & aduersitatibus Patronam tam clementem, nec minus potentem experimur?

Qui olim Dij habiti.

NOTVM est, Deos ab antiquis habitos, vt inquit M. Tullius, à quibus magna vtilitas ad vitæ humanæ conseruationem esset inuenta: quique cum homines essent, hominibus præsidio esse solerent. Hinc Assyrii Belum: Ægyptii Apim: Chaldæi Isidem: Babilonii Draconem: Pharao aureum idolum: Palæstini Beelzebubum: Pæni Martem: Corinthii Apollinem: Arabes Astarotum: Achiui solem & Lunam: Sidonii Beelphegorem:

Digitized by Google

gorem: Ammonitæ Baalim: Indi Bacchum: Thebæi Osirim: Græci vniuersim Iunonem: Lacedæmonii Ogygim: Macedonii Mercuriũ: Ephesii Dianam: Armenii Liberum: Troiani Vestam: Latini Februum: Tarentini Cererem: Rhodii Ianum coluerunt vt Deos.

Romanorum Dii ridiculi.

Romani vero, non solum illos maiorum gentium, selectosque: inter quos principes, Saturnus, Iupiter, Venus: verum etiã tot alios habuerunt, vt nullum fuerit tam vile naturæ officium, quod nõ suum sibi DEVM, tanquam Patronum vindicaret. Vnde apud gentem illam togatam, Deus Catius, qui catos, cautos, ingeniososq; reddebat: Lucina

Digitized by Google

quæ in lucẽ edentes paruulos aderat: Vagitanus, Cunina, Rumia, Satilinus, Adeona, Volumna, Agreſtis, Bellona, Fortuna, Victoria, Honorinus, Æſculanus, Mutæ, Ageronia, Stimula, Mutia, Runcina, Iugatina, Volonia, Tutilina, Flora, Matura, Ruana, Forculus, Portulus, Syluanus, Cloacina, Theatrica: & ſimiles ſupra ſexcentos.

DEIPARAM Chriſtianos colere par eſt.

Nos, quibus non licet eſſe tam profanis, cũ apud Chriſtianos Diuinitas de humano arbitratu non penſitetur, nonne ſaltem, vt DEO maxime propinquam, colere par eſt eam, à qua vna, ceu vniuerſali PATRONA plus beneficiorum accepit Chriſtianitas

tas, quam accepisse se finge-
bat antiquitas ab omnibus
iis iunctim, quos cœlo dica-
bat, Diuinitati eapropter
illos consecrando. Solem il- *A Sole beneficia.*
lum, rerum aspectabilium,
quasi Regem quendam, quia
beneuoli influxus perennem
esse scaturiginẽ animaduer-
tebant sacrorum sacrilego-
rum antistites: illique deberi,
quod inter laborẽ, quiet em-
que tempus diuisimus: quod
non tenebris immersi, confu-
sionem æternæ noctis euasi-
mus: quod annũ cursu suo tẽ-
perat: & corpora alumnã euo-
cat; & percoquit fructus: quas
non idcirco laudes, quem nõ
cultum deferebant. Audite
Plinium: *Solem non temporum mo-*
do terrarum q; sed siderum ipsorũ,

X 3 *cæliq;e*

elique rector. Audite Trismegistum: *Sol* DEVS *maximus eorum, qui in cælo sunt: cui cedunt omnes Dii cælites, tanquam Principi, & Regi.* Audite Aurelianum Imperatorem: *Dii faciant, & Deus certus Sol.* An non potiori iure summa Virgini Mariæ veneratio esset tribuenda, quæ, *Electa vt Sol*, nil nisi beneuolum & amicum vnquam in inferiora sparsit? In cuius capite corona stellarum duodecim constellationem fauentem propitiamque semper nobis exhibet.

Nihil austerum in B.V.

NIHIL *austerum in Virgine*, ait amator Virginis Bernardus: *nihil terribile. tota suauis est: omnibus misericordiæ sinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi: captiuus redemptionem*

Bern. ser. de Ver. Apoc.

nem, ager eurationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam. Videtis quam benigne influat in terras magnũ ſidus. Sol florem lucis ſuæ ſuper iuſtos, & iniuſtos æqualiter ſpargit. PATRONA noſtra amicta Sole, *præterita non diſcutit merita* (verba iam Doctoris melliflui) *ſed omnibus ſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet*: omnium denique miſeram ſortem tenerrimo quodam miſeratur affectu, & in neceſſitatibus adiuuat. Fecit hoc cum viueret vitam mortalem: facit multo magis tranſlata ad Filium.

Maria in cœlis exiſtentis miſericordia.

MAGNA *fuit erga miſeros* inquit D. Bonauentura, *miſericordia* MARIÆ *adhuc exulantis in mundo, ſed multo maior erga miſeros*

Digitized by Google

rant: meo autem, quia Patronus eorum sum, & in me habent fiduciam. Tu vides quantæ animæ periclitentur omni hora. Effectum habuit istiusmodi deprecatio: nam sequenti capite refertur; Virginem beatam cũ Dionysio & aliis sanctis pro liliato regno interceſſisse.

Intercessio B. V. nunquã suo frustratur fine.

ITAQVE cum tantæ virtutis, & efficacitatis sit *Interceſsio Patronæ* nostræ, quæ nunquam suo frustratur fine, an non merito monet Ecclesia huius gnara mysterii, vt cum iucunditate *Natiuitatem B. Mariæ celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum:* Adsciuimus illam in PATRONAM. Diximus omnes primo nostræ in Sodalitatem admissionis die:

SANCTA

Digitized by Google

SANCTA MARIA *Mater Dei & Virgo, Ego Te hodie in Dominam,* PATRONAM & ADVOCATAM *eligo.* Electæ à nobis imploremus auxilium: ad ipsam in necessitatibus & calamitatibus nostris confugiamus: frequẽter ingeminemus: *Eia ergo* ADVOCATA *nostra.* Quod est illi longe gratissimum: & ad opem præsentaneam obtinendam efficacissimum, si vera sunt, quæ habentur in Reuelationibus B. Gertrudis.

HÆC pia matrona cum in festo Natiuitatis B. Virginis ad completorium cantaretur antiphona, *Salue Regina,* illaque, eo versiculo: *Eia ergo* ADVOCATA *nostra,* benignissimam Matrem in suum auxilium

Reuel. lib. 4. ca. 53. Gaudet Virgo vocari Aduocata.

Digitized by Google

auxilium aduocaret, *videbatur Mater* Dei Maria, *velut funibus quibusdam validis tracta inclinari ad eam. Per quod intellexit, quod quoties aliquis ipsam suam* ADVOCATAM *cum deuotione nominando, innocat: per hoc nomen materna pietas eius in tantum commouetur, quod nullatenus se potest cohibere, quin benigne precibus eius inclinetur. Ad illa autem verba:* Illos tuos misericordes oculos; *Beatissima Virgo mentum Filii blande tangens ipsum versus terram inclinauit ad nos, dicens: Isti sunt misericordissimi oculi mei, quos ad omnes me inuocantes salubriter possum inclinare: vnde, & vberrimum fructum consequuntur salutis aeternae. Hinc à Domino hanc percepit eruditionem B. Gertrudis vt*

ad

Digitized by Google

ad minus quotidie Matrem ſuam beatiſſimam dupliçi illo verſu. Eia ergo ADVOCATA noſtra: &, Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte, *inuocaret certa quod per hoc in hora ſua nouiſſima non mediocre ſolatium obtineret.*

CERTI & nos ſimus, ſi vera illam fide, & filiali affectu, vt *Patronam & Aduocatam* inuocauerimus, fore, vt, non in hora tantum nouiſſima, ſed qualibet calamitate ſolatium obtineamus. Eſt enim MARIA, PATRONA & ADVOCATA VNIVERSALIS, quæ nõ adſtringitur certis temporibus: non arctatur locis: non addicitur ſignatis cauſis, & negociis. A primo ortus noſtri, imo conceptus momen-

Certitudo interceſſionis Mariana.

MARIA Patrona vniuerſalis.

Si ſpectat Tempus.

Digitized by Google

to patrocinari incipit. Idem facit in infantia & pueritia: idem in adolescentia & iuuentute: virum non deserit: adest seni: adsistit decrepito: moribundo se *Aduocatam* præbet: mortuum comitatur ad tribunal: & dum esse homo desinit, *Aduocata* esse MARIA non desinit.

Loca. Idq; sine regionum & personarum respectu. Patronum colit Hispania, Iacobum, Gallia, Dionysium, Anglia, Augustinum; India, Thomam; Germania, Bonifacium; Franconia, Kilianum. Omnes nullo discrimine MARIAM. Hæc orientis æque, ac occidentis: nõ minus Septentrionis, quã meridiei: Europæ iuxta ac Africæ; & Asiæ: noti ignotique orbis

orbis incolis *Aduocatam* se præbet. Hanc vterq; sexus: omnis cõditio: quælibet tribus, nulla non familia, si bene sibi esse velit, *Patronam* aduocat. Magni, parui: nobiles, ignobiles: domini, serui: diuites, pauperes: docti, indocti: pulchri, deformes: denique, absque differentia omnes, omnes. *Persona.*

Idq; nullo negociorũ, beneficiorũ, obtinendorũ, nullo necessitatũ, & calamitatum discrimine. Qui dẽtibus torquetur, Patronam inuocat D. Apolloniam, qui oculorũ suffusione laborat, confugit ad S. Otiliã: quæ mammillis male est affecta, opem implorat àB. Agatha: cui guttur interitum minatur, confert se ad S. Blasium: qui contagiosam luem *Negocia, & Beneficia.*

Digitized by Google

metuit, appellat Sebastianum, & Rochum: qui igne sacro amburuntur patrociniũ postulant Antonii: in partu periclitantes patronum nominant Ignatium. Sed hi omnes & quibuscumque malis conflictati alii, MARIAM.

Artifices. Magistri. Doctores.

PATRONOS colunt Sutores, Crispinum, & Crispinianum Romanos: Sarcinatores vestium S. Homobonũ Cremonensem: Fabri, siue lignarii, siue Ferrarii, Iosephum: Agricolæ in Hispania S. Isidorum nuperrime canonizatũ: Venatores, Diuos Hubertum & Ægidium; nescio, an Vinitores in Franconia Sanctos Bacchum, ac Sergium: Philosophi Catharinam: Medici Lucam; Iurisperiti Iuonẽ;

Theo-

Digitized by Google

Theologi post Petrũ & Paulum Theologiæ Christianæ sub Christo principes, Augustinum: Scholastici familiæ Dominicanæ Thomam Aquinatem *Doctorem Angelicum*: ordinis Franciscani, aliqui Alexandrum Halensem Britannum, *Doctorem Irrefragabilem*: alii Bonauenturam à Balneo regio Italum, *Doctorem Seraphicum*: nonnulli Ioannem Dunsium Scotum, vel Hibernum *Doctorem subtilem*: Theologi ordinis Eremitarum D. Augustini. Ægidium Romanum ex illustrissima prosapia Columnensium *Doctorem Fundatissimum*. Ordinis Carmelitarum Ioannem Baconum Anglum, *Doctorem Resolutum*. Multi etiam Henri-

Digitized by Google

cum Gandauensem, *Doctorem solennem*. Nominales Theologi Gulielmum Ochamum, Gregorium, Herueũ. Theologi Mystici ac Symbolici Dionysium Areopagitam *Doctorem diuinum*.

Milites. MILITES Patronum sibi asciuerunt peculiarem, post S. Michaelẽ militiæ Christianæ supremum Aduocatum, S. Georgiũ: Imperatores Henricum, post Constantinum, & Carolum: Reges, Ludouicũ, Stephanum, Casimirum: Archiduces, Leopoldũ: omnes MARIAM, vt omnium communem PATRONAM, nulli non fauentem, beneficiorum omnium largitricem.

VT enim optime scripsit Virginis laudator eximius Idiota:

Digitized by Google

diota: *Ceteri sancti iure quodam patrocinii pro sibi specialiter commissis plus possunt prodesse in curia Altissimi, quam pro alienis. Beatissima vero Virgo* MARIA, *sicut est omnium Regina, sic & omniū* PATRONA, *&* ADVOCATA. *Et cura illi est de omnibus. Ideoque,* vultum eius deprecantur omnes diuites plebis, *vt est Psalmo 44. id est, magnates: nec illi tantum, sed egeni quoq;, & hi magis, vt magis opis indigi: corporalis quidē sēper, nō semper spiritualis.* Idiota lib. de cōtem. Mariæ in Prologo.

QVAMOBREM, cū illo honore, cultu, veneratione prosequamur naturæ quodā ductu, à quibus vel in reb. aduersis ope adiuti: vel in prosperis auxilio cōfirmati: vel in dubiis consilio solidati: vel à discrimine patrocinio erepti sumus, Patronam beatissimam omnium cultum.

mus, vel quolibet etiam, quãuis minimo beneficio affecti, quo dignam censebimus cultu illam, quam in omnibus casibus, & aduersitatibus Patronam tam clementem, nec minus potentem experimur?

Qui olim Dei habiti.

NOTVM est, Deos ab antiquis habitos, vt inquit M. Tullius, à quibus magna vtilitas ad vitæ humanæ conseruationem esset inuenta: quique cum homines essent, hominibus præsidio esse solerent. Hinc Assyrii Belum: Ægyptii Apim: Chaldæi Isidem: Babilonii Draconem: Pharao aureum idolum: Palæstini Beelzebubum: Pæni Martem: Corinthii Apollinem: Arabes Astarotum: Achiui solem & Lunam: Sidonii Beelphegorem:

Digitized by Google

gorem: Ammonitæ Baalim: Indi Bacchum: Thebæi Osirim: Græci vniuersim Iunonem: Lacedæmonii Ogygim: Macedonii Mercuriũ: Ephesii Dianam: Armeni Liberum: Troiani Vestam: Latini Februum: Tarentini Cererem: Rhodii Ianum coluerunt vt Deos.

Romanorum Dii ridiculi.

Romani vero, non solum illos maiorum gentium, selectosque: inter quos principes, Saturnus, Iupiter, Venus: verum etiã tot alios habuerunt, vt nullum fuerit tam vile naturæ officium, quod nõ suum sibi DEVM, tanquam Patronum vindicaret. Vnde apud gentem illam togatam, Deus Catius, qui catos, cautos, ingeniososq; reddebat: Lucina

Digitized by Google

quæ in lucẽ edentes paruulos aderat: Vagitanus, Cunina, Rumia, Satilinus, Adeona, Volumna, Agreſtis, Bellona, Fortuna, Victoria, Honorinus, Æſculanus, Muta, Ageronia, Stimula, Mutia, Runcina, Iugatina, Volonia, Tutilina, Flora, Matura, Ruana, Forculus, Portulus, Syluanus, Cloacina, Theatrica: & ſimiles ſupra ſexcentos.

DEIPARAM Chriſtianos colere par eſt.

Nos, quibus non licet eſſe tam profanis, cũ apud Chriſtianos Diuinitas de humano arbitratu non penſitetur, nonne ſaltem, vt DEO maxime propinquam, colere par eſt eam, à qua vna, ceu vniuerſali PATRONA plus beneficiorum accepit Chriſtianitas

tas, quam accepisse se finge-
bat antiquitas ab omnibus
iis iunctim, quos cœlo dica-
bat, Diuinitati eapropter
illos consecrando. Solem il- *A Sole beneficia.*
lum, rerum aspectabilium,
quasi Regem quendam, quia
beneuoli influxus perennem
esse scaturiginẽ animaduer-
tebant sacrorum sacrilego-
rum antistites: illique deberi,
quod inter laborẽ, quietem-
que tempus diuisimus: quod
non tenebris immersi, confu-
sionem æternæ noctis euasi-
mus: quod annũ cursu suo tẽ-
perat: & corpora alimenta euo-
cat; & percoquit fructus: quas
non idcirco laudes, quem nõ
cultum deferebant. Audite
Plinium: *Sol, non temporum mo-*
do terrarum, sed siderum ipsorũ,

X 2 *cælique*

cæliquerector. Audite Trismegistum: *Sol* DEVS *maximus eorum, qui in cælo sunt: cui cedunt omnes Dii cælites, tanquam Principi, & Regi.* Audite Aurelianum Imperatorem: *Dii faciant, & Deus certus Sol.* An non potiori iure summa Virgini Mariæ veneratio esset tribuenda, quæ, *Electa vt Sol*, nil nisi beneuolum & amicum vnquam in inferiora sparsit? In cuius capite corona stellarum duodecim constellationem fauentem propitiamque semper nobis exhibet.

Nihil austerum in B.V.

NIHIL *austerum in Virgine*, ait amator Virginis Bernardus: *nihil terribile. tota suauis est: omnibus misericordiæ sinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi: captiuus redemptionem*

Bern. ser. de Ver. Apoc.

Digitized by Google

nem, agere curationem, tristis consolationem, peccatori veniam, iustis gratiam. Videtis quam benigne influat in terras magnũ sidus. Sol florem lucis suæ super iustos, & iniustos æqualiter spargit. PATRONA nostra amicta Sole, *præterita non discutit merita* (verba sunt Doctoris melliflui) *sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet*: omnium denique miseram sortem tenerrimo quodam miseratur affectu, & in necessitatibus adiuuat. Fecit hoc cum viueret vitam mortalem: facit multo magis translata ad Filium.

Maria in cœlis existentis misericordia.

MAGNA *fuit erga miseros* inquit D. Bonauentura, *misericordia* MARIÆ *adhuc exulantis in mundo, sed multo maior erga miseros*

Digitized by Google

S.Bonau. in specul cap.8.

miseros est misericordia eius iam regnantis in cœlo. Maiorem per beneficia innumerabilia nunc ostendit hominibus misericordiam, quia magis nunc videt innumerabilem hominum miseriam. Vnde pro splendore prioris misericordiæ dici potest Maria pulchra vt Luna: pro splendore posterioris, electa vt Sol. Quis est super quem Sol non luceat? quis super quem non splendeat misericordia MARIÆ? Vere, Domina, misericordiam priorem posteriore superasti.

Propitiatorium Arcæ.

AVDISTIS aliquando, vt opinor, antiqui instrumenti Arcam habuisse Propitiatorium, quod illã superne tegebat, eratq; ex auro purissimo, vel tãquã Sella, in qua DEVS, siue Angelus, eius vice, respõ-

sa

sa reddens, tanquã in aurato solio residebat: vel erat tabula Arcæ imposita. Arca noui fœderis est MARIA, vt Con. tẽplatiui cõcipiunt, supra quã in cœlũ euectã, misericordiæ Propitiatorium, velut Diuinitatis solium collocant: cuius quidẽ longitudo non sit duorum cubitorum & dimidii; latitudo vnius & semissis, vt illa veteris: sed mẽsuræ tã immodicæ, vt illã dimetiri aggressus optimus geometra Bernardus, neget misericordiæ illius longitudinem, latitudinem, altitudinem, ac profunditatẽ posse accurate inuestigari. Siquidem, *longitudo eius*, inquit, *vsque ad diem nouissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis: latitudo replet orbem terrarum: sublimitas ciuitatis supernæ inue-*

Arca Maria.

Serm. 4. de Assump.

nit reſtaurationem: profundum, ſedentibus in tenebris, & umbra mortis obtinuit redemptionem.

Serm. de aquæduct. Quamobrem monet tam ſerio idem S. Pater: *Quicquid illud eſt, quod offerre Deo paras, MARIÆ commẽdare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influxit. Neque enim impotens erat DEVS & ſin. hoc aquæductu infundere gratiam prout vellet: ſed tibi vehiculum voluit prouidere: forte enim manus tuæ aut ſanguine plenæ, aut infectæ muneribus, quod non eas ab omni munere excuſſiſti: ideoque modicum illud quod offerre deſideras, gratioſiſſimis illis omni acceptione dignſſimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam.* Et alibi. Hom. II. ſuper Miſſus. *Ne auertas oculos à fulgore huius*

Digitized by Google

ius sideris si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum: si incurras scopulos tribulationum respice Stellã, *voca* MARIAM. *Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras: ipsam tenens nõ corruis: ipsa protegente non metuis: ipsa duce non fatigaris: ipsa propitia peruenis.* Addo, ipsa intercedente, omnia obtines. Itaque, *cum iucunditate* Natiuitatem B. Mariæ *celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.*

FACEREMVS vtique dictis, si quæ hactenus protulisti, de efficacia intercessionis *Patronæ nostræ*, & certissima *Aduocatæ* impetratione, experiremur. Quoties eius patrocinium implorauimus in communibus

Obiectio Politecorum.

Digitized by Google

munibus hiſce reipublicæ calamitatibus? Quoties iuimus ſupplicatum, explicatis vexillis, ad Altimontanæ Virginis, Retzbachum, Dettelbachum, Valiturnam? Quoties in vrbicis, & amburbalibus proceſſionibus Patronam inuocantes viſi ſumus? Quoties quotidie ingeminamus: EIA. ADVOCATA *noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte.* Sed effectum non conſequimur. Nõ nos audit, vel nõ aduocat, quæ Patrona dicitur, aut illã DEVS nõ exaudit.

Turbatus Europæ ſtatus.

ARDET Germania, quam late patet Imperium, inteſtini belli flammis vbique ſerpentibus: Belgium eodem æſtuat incendio: Britannia tumultuatur: Gallia concutitur: Italia

Digitized by Google

Italia impetitur: Hungaria fluctuat: Bohemia rebellionẽ luit: in armis est Dania: Suecia bellum circumfert: Polonia Catholica vix se tuetur: Liuonia diripitur: Transyluania vulpinatur: Hũgaria barbaris est exposita: Austria nondum silet: reptat per confinia Turcus, Thrax, Tartarus: nondum dissipati sunt confœderati: nondum sublata perfidorum rebellio: nondum sopita & oppressa pseudo-politicorum machinatio: nondum domitus Caluinismi truculentissimus spiritus.

Et, vt domestica adferamus, nondũ è calamitatib. erepta Franconia: nondum in ea publica trãquillitas sancita: nõdũ bonorũ indemnitati consultum: *Francõnia hoc tempore peculiaria mala.*

Digitized by Google

sultum. Grassatur miles: spoliatur agricola: iustus patitur. Et, quod magis est miserandum, tanta est Cacodæmonis potestas, vt sub iugum misisse videatur, quos DEO, de proximo, amicos, eius familiares, & domesticos, municipes regni cœlestis, aulæ diuinæ palatinos, DEIPARÆ selectos cultores, æternitatis candidatos existimabamus. Sed illi iidem vt iudicum sententia patuit (de noxiis quibusdam capitibus est sermo) fuerunt Dei capitalissimi inimici: Iuda traditore peiores: quippe abnegatores magis fœdi, Deiparæ iurati aduersarii: mancipia Satanæ: inferno destinata victima: Christi desertores, fœdifragi, apostatæ. Quo enim

Digitized by Google

nim proſerpſerit execrandũ hæreticalis magiæ, & diabolicarum artium peritia, ac illis nexa infanda ſceleratiſſimorum facinora, inter illos etiam, qui nunquam peſſimi, nonnunquam optimi ſunt habiti in hac patria, quotidie magis reſtificatione complicum proditur.

ATQVI hæc ipſa cauſſa eſt, cur efficaciam patrocinii *Aduocatæ* noſtræ, quam adeo deprædicamus, non ſentiamus. *Cauſſa, cur non ſentiatur Patrocinium Deiparæ.* Non patrocinatur illa Sortilegis, magis, veneficis, necromanticis, Strygibus, quamdiu obſtinate in malo perſeuerant. Non patrocinatur *Aduocata* noſtra iniquis magiſtratibus, iniuſtis iudicibus, peruerſis conſiliariis munerum

rum corruptela peruersis: canibus non valentibus latrare. Non patrocinatur auaris diuitibus, immisericordibus, epulonibus, fraudulentis mercatoribus. Non patrocinatur Clericis impudicis, Simoniacis, lasciuis, luxurianti-bus, scortatoribus, multo minus, lenonibus, & adulteris. Non patrocinatur superbis, ebriosis, perfidis, asotis, venereis, pauperum oppressoribus, patrimonii Christi dilapidatorib. sanguinis Christi conculcatoribus. Non patrocinatur religiosis proprietariis, rebellibus, blasphematoribus, votorum suorum transgressoribus, ordinis desertoribus. Non patrocinatur helluonibus, aliorum innocentiæ

centiæ & castitatis insidiatoribus, Virginum innocuarum deceptoribus, adolescentum corruptoribus, nequam, & sceleratis hominibus.

HORVM aliqui, si reperiantur in Germania: si ab his pestibus nõ sit purgatum imperium, si nõ sit omnino libera Franconia, quid mirum, intercessionis efficaciam Optimæ Maximæ PATRONÆ nos non experiri? Ab iis si suscipiantur peregrinationes, excursionis magis causa, quam pietatis: si supplicationibus se inserant, ne abesse dicantur, & notentur, vt impii; si templa frequentent, vt hominibus imponant, si sacrilege cõfiteantur, si diuinã Synaxim ore Iscariotico sumant, vt

Germania vera grauissima.

Digitized by Google

vt hostia abutantur, vel in pectus, abominationum omniũ cloacam immittant. Ab iis, si cantetur in choro, si, quod horresco, referens, officia diuina celebrentur, si sacramenta administrentur; si, ô DEVS æterne! quid pateris? si sacrificium incruentum corporis, & sanguinis Domini, ad quod tremunt Angelorum circumstantes cunei, consecretur, & offeratur, quid est expectandum? Interessio Patronæ MARIÆ? imber Sodomiticus, Gomorrhæus ignis flamma tartari, sed de cœlo præcipitata qua ad vnum omnes inuoluantur. Hoc merentur tales, qui DEI longanimitate abutũtur, miseri-

sericordiam contemnunt, iustitiam irritant, & thesaurizant sibi iram in die iræ, & iusti iudicii DEI.

VERVM, de hic præsentibus æquum est me longe alia credere: quorum nullus, spero, relatus reperitur in execrandam aliquam, è superius recensitis, nequissimorũ hominum tribum: sed omnes adscripti albo sodalium, id est, clientulorum amantissimorum *Mariæ*, omnes eius cultores eximii: omnes dilectissimi filii, quibus ADVOCATA nihil denegare potest, PATRONA nihil abnuere solet. Nos, itaque, nos, Sodales, *cum iucunditate Natiuitatem* B. MARIÆ PATRONÆ, & AD-

Sodalium alia conditio.

Digitized by Google

VOCAT Æ *noſtræ celebremus, vt ipſa pro nobis intercedat ad Dominum* IESVM CHRISTVM,

S.
D. I.
H. E. G.

ACA-

Digitized by Google

ACADEMICIS Diuersarum Disciplinarum AVDITORIBVS.

QVIA non tantum IVRIS, sed aliarum etiam Disciplinarum studiosis scribimus, quæ uniuersim in Academicorum corona diximus, cum ACADEMICVM-CHRISTIANVM *instituteremus, lubet adiungere studendi Modum omnibus commu-*

Digitized by Google

nem; ſecundum quem vtinam litterarias exercitationes inſtituerent, qui litteris dant operam, plures haberet Reſpublica Chriſtiana, non pios minus, quam doctos Academicos.

MODVS

Pie, ac Chriſtiane ſtudendi omnium Diſciplinarum Auditoribus communis.

PROOEMIVM.

CREATVS eſt Homo ad eum finem, vt dominum Deum ſuum lau-

Digitized by Google

laudet, ac reuereatur, eique seruiens tandem saluus fiat. Id autem præstare homo non potest, nisi Deum cognoscat. Cognoscitur autem Deus, tum lumine fidei, Deo sui cognitionẽ reuelãte, tum lumine naturali ex creaturis. *Rom.* 1. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Ad creaturarum autem cognitionem humanis scientiis peruenitur; quarum vnaquæque circa rem aliquam à Deo procreatam intelligendo, & speculando versatur. Igitur humanarum scientiarum finis est, Dei cognitio. Scientiæ autem studio acquiruntur. Quare scopus, ad quẽ scientiarum studium recta

Digitized by Google

tendit, est ex creaturarum cognitione ad Dei cognitionem, indeq; ad eiusdem laudem, reuerentiam, obsequiũ, amorem venire, vt tandem Homo saluus fiat. Vnde est igitur, quod in nostro studio sæpe contrarium experimur, nempe quo magis in scientiarum acquisitionem incumbimus, eo in nobis magis Dei amorem intepescere, inflari animum superbia, deuotionis pinguedinem exsiccari, in maiora nos amittendæ diuinæ gratiæ pericula incurrere: & quo doctiores euadimus, eo fieri ad nostram, & aliorum salutem procurãdam segniores, & ineptiores? Tantum profecto malum, non alia ex causa videtur posse contingere,

Digitized by Google

gere, quam ex deprauata aliqua ratione ſtudendi dirigendique ſtudium ad finem. Operæ igitur pretium fiet, ſi modus aliquis tradatur ad accommodate ſtudendum iuxta Chriſtiani hominis finem, & inſtitutionem. Quæ ſtudendi ratio vt facilius exponatur, principio, ſtudii natura videtur explicanda; quæ tum ex definitione, tum ex cauſis intelligetur.

Studii Definitio, atque cauſæ.

STudium, ſiue ſpeculatio, eſt veritatis indagatio, id eſt, Actio quædã intellectus, quæ tota verſatur in apprehendendis mente rebus, at-

Digitized by Google

quę ita omnino, vt ipſæ ſunt, cognoſcendis. Actionis huius cauſæ quatuor, Materia, Forma. Efficiens, Finis.

Materia duplex, in qua, & circa quam. Materia in qua, eſt intellectus ipſe, vt ſubiectum, in quo veritatis indagandæ actio recipitur. Materia circa quam, ſunt obiecta circa quæ ſpeculatio verſatur; inter quæ præcipuum eſt Deus, reliqua participationes quædam diuinæ bonitatis ſunt. Item Materia circa quam, libri dici poſſunt, qui per ſcripturas, vt per ſigna quædam, intellectui obiecta contemplanda proponunt. Item Doctorum voces, eandem ob cauſam.

Forma,

Digitized by Google

Forma, est ipsa nostra speculatio, atque cognitio.

Efficiens, est primo Deus, qui vt agens principale ad speculationis nostræ actionem concurrit, qui per superiores nostros, libros, lumen rationis, & alias vias, studium, studii tempus, modum, & alias circumstantias præscribit. Secundo intellectus noster, qui in veritatem inuestigandam incumbit. Tertio imaginatio, quæ simul cum intellectu operatur. Quarto, sensus externi, qui principium sunt intellectionis; nihil enim est in intellectu, nisi prius aliqua ratione præfuerit in sensibus. Quinto, quæcunq; tum sensus externos, tum imaginationem, tum intellectum ad cogni-

gnitionem formandam iuuant, vt voces, siue à Doctoribus prolatæ, siue scriptæ in libris.

Finis immediatus studii, est ipsa cognitio, & rerum veritas. Ad hoc enim dirigitur studium, vt perfectam rerum cognitionem assequamur: atque ita nostra mẽs res omnes apprehendat, fiatque, vt ait Aristoteles, omnia, dum intelligendo, res omnes ad se quasi trahit, earumque in se similitudinem exprimit.

Finis mediatus, ad quem hæc cognitio ordinatur, est salus & perfectio tum nostra, tum aliorum, & Gloria Dei. Gloria Dei, quia Prouerb. 16. vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus; non

Digitized by Google

ad ſuam vtilitatem, infinite perfectus nulla gens creatura, ſed vt ipſius perfectiones participentur à creaturis, atque ita ipſius bonitas cognoſcatur, atque laudetur; quod eſt glorificari Deum. Quidquid ergo à Deo conditum eſt, vt ex eo creaturæ intellectuales, quales Angeli, & homines ſunt, ad creatoris cognitionem deueniant, & laudẽ. Creaturæ autem præcipuę ſunt, elementa, & corpora corruptioni obnoxia, cœlum cum aſtris, corpus humanum, hominis animus, & eiuſdẽ operationes, gratiæ myſteria, legestum diuinæ, tũ humanæ: circa quorũ cognitionẽ Phyſica, Mathematicæ

disciplinæ, Medicina, Moralis scientia, Dialectica, Rhetorica, Metaphysica, Iurisprudentia, Theologia versatur, ex quibus creaturis, Dei existentia, vnitas, infinitas, Sapientia, Iustitia, Bonitas, Prouidentia, Maiestas, aliæq; perfectiones intelliguntur, qua intelligentia glorificatur Deus. Illas autem disciplinas, & hanc intelligentiam vt assequamur, opus est studio. Mediatus igitur studii finis est gloria Dei, quæ in eius cognitione posita est. Porro ex Dei cognitione salus, atque perfectio manat in animos nostros. Salus, & perfectio nostra, est charitas: qui enim non diligit, vt ait scriptura, manet in morte, 2. *Ioan.* 3. *Colos.* 3. Et charitas,

Digitized by Google

charitas est vinculum perfectionis. Quia ipsa facit nos adhærere Deo Summo bono, quo maxime perficimur: omnis autem, qui diligit, cognoscit Deum, 1. *Ioan.* 4. qua enim ratione diligere possumus, quem nō cognoscimus? E studio autem oritur cognitio: finis ergo studii charitas est, quæ est salus, & perfectio nostra. Quisque autem homo Christianus, qui scientiis acquirendis operam nauat, non solum suam, sed aliorum etiam hominum salutem, & perfectionem in studio spectare debet. Cum enim veri Dei cognitionem habeat & Creatoris omnium, quem diligit super omnia; optabit omnino eandem cognitionem omnibus

vt hostia abutantur, vel in pectus, abominationum omniũ cloacam immittant. Ab iis, si cantetur in choro, si, quod horresco, referens, officia diuina celebrentur, si sacramenta administrentur; si, ô DEVS æterne! quid pateris? si sacrificium incruentum corporis, & sanguinis Domini, ad quod tremunt Angelorum circumstantes cunei, consecretur, & offeratur, quid est expectandum? Interessio Patronæ MARIÆ? imber Sodomiticus, Gomorrhæus ignis flamma tartari, sed de cœlo præcipitata qua ad vnum omnes inuoluantur. Hoc merentur tales, qui DEI longanimitate abutũtur, miseri-

sericordiam contemnunt, iustitiam irritant, & thesaurizant sibi iram in die iræ, & iusti iudicii DEI.

VERVM, de hic præsentibus æquum est me longe alia credere: quorum nullus, spero, relatus reperitur in execrandam aliquam, è superius recensitis, nequissimorũ hominum tribum: sed omnes adscripti albo sodalium, id est, clientulorum amantissimorum *Mariæ*, omnes eius cultores eximii: omnes dilectissimi filii, quibus ADVOCATA nihil denegare potest, PATRONA nihil abnuere solet. Nos, itaque, nos, Sodales, *cum iucunditate Natiuitatem* B. MARIÆ PATRONÆ, & AD-

Sodalium alia conditio.

Digitized by Google

VOCAT Æ *noſtræ celebremus, vt ipſa pro nobis intercedat ad Dominum* IESVM CHRISTVM,

S.
D. I.
H. E. G.

ACA-

Digitized by Google

ACADEMICIS Diuersarum Disciplinarum AVDITORIBVS.

QVIA non tantum IVRIS, sed aliarum etiam Disciplinarum studiosis scribimus, quæ vniuersim in Academicorum corona diximus, cum ACADEMICVM-CHRISTIANVM *instituueremus, lubet adiungere studendi Modum omnibus commu-*

Digitized by Google

nem; secundum quem vtinam litterarias exercitationes instituerent, qui litteris dant operam, plures haberet Respublica Christiana, non pios minus, quam doctos Academicos.

MODVS

Pie, ac Christiane studendi omnium Disciplinarum Auditoribus communis.

PROOEMIVM.

CREATVS est Homo ad eum finem, vt dominum Deum suum lau-

Digitized by Google

laudet, ac reuereatur, eique seruiens tandem saluus fiat. Id autem præstare homo non potest, nisi Deum cognoscat. Cognoscitur autem Deus, tum lumine fidei, Deo sui cognitionē reuelāte, tum lumine naturali ex creaturis. *Rom.* 1. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Ad creaturarum autem cognitionem humanis scientiis peruenitur; quarum vnaquæque circa rem aliquam à Deo procreatam intelligendo, & speculando versatur. Igitur humanarum scientiarum finis est, Dei cognitio. Scientiæ autem studio acquiruntur. Quare scopus, ad quē scientiarum studium recta

Digitized by Google

tendit, est ex creaturarum cognitione ad Dei cognitionem, indeq; ad eiusdem laudem, reuerentiam, obsequiũ, amorem venire, vt tandem Homo saluus fiat. Vnde est igitur, quod in nostro studio sæpe contrarium experimur, nempe quo magis in scientiarum acquisitionem incumbimus, eo in nobis magis Dei amorem intepescere, inflari animum superbia, deuotionis pinguedinem exsiccari, in maiora nos amittendæ diuinæ gratiæ pericula incurrere; & quo doctiores euadimus, eo fieri ad nostram, & aliorum salutem procurãdam segniores, & ineptiores? Tantum profecto malum, non alia ex causa videtur posse contingere,

Digitized by Google

gere, quam ex deprauata aliqua ratione ſtudendi dirigendique ſtudium ad finem. Operæ igitur pretium fiet, ſi modus aliquis tradatur ad accommodate ſtudendum iuxta Chriſtiani hominis finem, & inſtitutionem. Quæ ſtudendi ratio vt facilius exponatur, principio, ſtudii natura videtur explicanda; quæ tum ex definitione, tum ex cauſis intelligetur.

Studii Definitio, atque cauſæ.

STudium, ſiue ſpeculatio, eſt veritatis indagatio, id eſt, Actio quædã intellectus, quæ tota verſatur in apprehendendis mente rebus, at-

Digitized by Google

quę ita omnino, vt ipſæ ſunt, cognoſcendis. Actionis huius cauſæ quatuor, Materia, Forma. Efficiens, Finis.

Materia duplex, in qua, & circa quam. Materia in qua, eſt intellectus ipſe, vt ſubiectum, in quo veritatis indagandæ actio recipitur. Materia circa quam, ſunt obiecta circa quæ ſpeculatio verſatur; inter quæ præcipuum eſt Deus, reliqua participationes quædam diuinæ bonitatis ſunt. Item Materia circa quam, libri dici poſſunt, qui per ſcripturas, vt per ſigna quædam, intellectui obiecta contemplanda proponunt. Item Doctorum voces, eandem ob cauſam.

Forma,

Digitized by Google

Forma, est ipsa nostra speculatio, atque cognitio.

Efficiens, est primo Deus, qui vt agens principale ad speculationis nostræ actionem concurrit, qui per superiores nostros, libros, lumen rationis, & alias vias, studium, studii tempus, modum, & alias circumstantias præscribit. Secundo intellectus noster, qui in veritatem inuestigandam incumbit. Tertio imaginatio, quæ simul cum intellectu operatur. Quarto, sensus externi, qui principium sunt intellectionis; nihil enim est in intellectu, nisi prius aliqua ratione præfuerit in sensibus. Quinto, quæcunq; tum sensus externos, tum imaginationem, tum intellectum ad cogni-

gnitionem formandam iuuant, vt voces, siue à Doctoribus prolatæ, siue scriptæ in libris.

Finis immediatus studii, est ipsa cognitio, & rerum veritas. Ad hoc enim dirigitur studium, vt perfectam rerum cognitionem assequamur; atque ita nostra mẽs res omnes apprehendat, fiatque, vt ait Aristoteles, omnia, dum intelligendo, res omnes ad se quasi trahit, earumque in se similitudinem exprimit.

Finis mediatus, ad quem hæc cognitio ordinatur, est salus & perfectio tum nostra, tum aliorum, & Gloria Dei. Gloria Dei, quia Prouerb. 16. vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus; non

Digitized by Google

ad suam vtilitatem, cum sit infinite perfectus nulla indigens creatura, sed vt ipsius perfectiones participentur à creaturis, atque ita ipsius bonitas cognoscatur, atque laudetur; quod est glorificari Deum. Quidquid ergo à Deo conditum est, vt ex eo creaturæ intellectuales, quales Angeli, & homines sunt, ad creatoris cognitionem deueniant, & laudẽ. Creaturæ autem præcipuę sunt, elementa, & corpora corruptioni obnoxia, cœlum cum astris, corpus humanum, hominis animus, & eiusdẽ operationes, gratiæ mysteria, leges tum diuinæ, tũ humanæ: circa quorũ cognitionẽ Physica, Mathematicæ

disciplinæ, Medicina, Moralis scientia, Dialectica, Rhetorica, Metaphysica, Iurisprudentia, Theologia versatur, ex quibus creaturis, Dei existentia, vnitas, infinitas, Sapientia, Iustitia, Bonitas, Prouidentia, Maiestas, aliæq; perfectiones intelliguntur; qua intelligentia glorificatur Deus. Illas autem disciplinas, & hanc intelligentiam vt assequamur, opus est studio. Mediatus igitur studii finis est gloria Dei, quæ in eius cognitione posita est. Porro ex Dei cognitione salus, atque perfectio manat in animos nostros. Salus, & perfectio nostra, est charitas: qui enim non diligit, vt ait scriptura, manet in morte, 2. *Ioan.* 3. *Colos.* 3. Et charitas

charitas est vinculum perfectionis. Quia ipsa facit nos adhærere Deo Summo bono, quo maxime perficimur: omnis autem, qui diligit, cognoscit Deum, 1. *Ioan.* 4. qua enim ratione diligere possumus, quem nō cognoscimus? E studio autem oritur cognitio: finis ergo studii charitas est, quæ est salus, & perfectio nostra. Quisque autem homo Christianus, qui scientiis acquirendis operam nauat, non solum suam, sed aliorum etiam hominum salutem, & perfectionem in studio spectare debet. Cum enim veri Dei cognitionem habeat & Creatoris omnium, quem diligit super omnia; optabit omnino eandem cognitionem omnibus

bus hominibus communem esse, Deumque ab omnibus sancte coli, atque amari, & quantum in ipso erit, curabit enixe, vt omnes homines Deum cognoscant, & colant. Deseruit autem ad Dei cognitionem facilius, & absq; errore communicandam Doctrina. Spectare ergo debet in studio, quo sibi quisq; doctrinam comparat, & salutem, & perfectionē aliorum. Quam ab homine Christiano spectādam esse illud etiam suadet, quod quilibet Christianus ratione Orthodoxæ fidei, qua donatus est à Deo, Ecclesiæ membrum est. Debet autem vnum membrum pro altero membro esse sollicitum, & illius incolumitatem, totiusq; corporis

corporis bonũ curare. Quare Christianus homo inter cætera illud in primis spectare in litterarum studio debet, vt ad suorum proximorum, & Ecclesiæ vtilitatem litteras dirigat. Vtilitas illa à viris doctis Sacramentorum, præsertim Confessionis administratione, piis colloquiis, exhortationibus, concionibus, lectionibus sacris, Christiana doctrina rudibus tradenda, Catholica fide inter Ethnicos propaganda, inter Hæreticos defendẽda, procuratur. Ergo ad hæc omnia studium tendat, vt ad finẽ mediatum.

Iam intellectis causis, & definitione studii, quæ praxis adhibenda sit, facile intelligetur. Quia vero tria sunt tempora

Digitized by Google

tempora, vnum ante studium, alterum in ipso studio, tertium post studium; ideo tota praxis in tres partes diuiditur.

PRAXIS

Ante studium.

PRaxis, actio quædam est, quæ vel mente fit, vel verbis, vel opere externo. Prima praxis, quæ maxime necessaria. Orandus enim Deus, vt ipse suggerat modum recte studendi, studium dirigat, veritatum cognitionem communicet, & proficere nos faciat ad eius maiorẽ gloriam, & finem nobis propositum. Recitari posset oratio S. Thomæ: Creator ineffabilis, &c.

Præterea

Præterea tum ſanctorum, tum piorum hominum preces, & ſacrificia adhibenda.

Secunda, Submiſſe de propriis viribus ſentiendum; ſpes omnis profectus in Deo collocanda: à quo etiam ſperandum auxilium ad Chriſtiane ſtudendum.

Tertia, Conſiderandum, ita vt hæreat animo ea cogitatio, quam pauca ſint, quæ in hominum cogitationem cadunt, quam obſcura, quam incerta; vt nobis ita cogitationibus vileſcant omnia, & non magni fiat, niſi ſolus Deus, & diuina. Item quam difficile ad rerum vel viliſmarum cognitionem perueniamus; quam imbecilla vis intelligendi noſtræ mentis

mentis, quam multis rebus, quas intelligimus, noster intelligendi modus inadæquatus; vt ex hac consideratione nunquam super nos ipsos efferamur; si vel in Aristotelis, & omnium doctissimorum hominum doctrinam peruenerimus.

Quarta, Intime in corde figendum, nos esse Dei seruos multis nominibus. Quare quamlibet actionem vel minimam ad Dei seruitium, & ad illius volũtatem exequendam, atq; ex ipsius voluntate dirigere debemus. Ergo statuamus ob id nobis studendum esse, quia Deus ita vult; vt ex eius prouidentia, qua nobis præbet occasionẽ studendi, præceptis malorum, & ratione

ratione ipsa colligere possumus; Neque quoad studendi modum nobis vel latum vnguem à Dei voluntate deflectendum. Ex quo intelligitur studendum cum diligentia: quia seruitium præstamus Deo; & cum discretione, ne valetudini noceat studium, contra quam Deus vult.

Quinto. Excitandus ardens charitatis affectus in Deum, & proximos; neq; vnquam incipiendum studium, nisi prius intelligamus vere nos non ob alium finem, nisi charitatis ad studendum accedere, id est, ad Deum magis amãdum, eo magis per scientiam cognitio: ad eius gloriã amplificandam, eius voluntatem exequendam: ad Ecclesiæ

Digitized by Google

cleſiæ Catholicæ defenſionem, propagationem, profectum, & ad cæteros fines, qui ſupra ante Praxim numerati ſunt.

Sexto. Studendum familiaritati cum Deo, præſertim in ſpiritualibus exercitiis. Familiaritas autem cum Deo erit, vel tanquam amici cum amico. Exercitia ſpiritualia ſunt, Meditatio, Miſſa, Diuinum officium, examen conſcientiæ. Ex hac familiaritate orietur in ſtudio deuotio, affectus iuuandi proximos, & impedietur ſiccitas, & diſtractio, quæ natura ſua generat ſtudium. Et quia talis ſolet quis eſſe, quales eius familiares: quales nos erimus, ſi diuinæ familiaritati ſtuduerimus?

Septi-

Digitized by Google

Septimo. Colloquiã cum quibuſcunque ſermonesque familiares ſint fere de rebus diuinis, vt nihil aliud in mentem noſtram veniat, niſi quod ſanctum eſt; nihilque cogitare poſſimus, niſi diuinum, ea ratione litterariæ commentationes redolebunt diuina: Colloquiorum familiarium ea poſſet eſſe praxis. Cogitandum quibus de rebus ſimus loquuturi antequam ad loquendum accedamus, dicenda, quæ legerimus, audierimus, meditati fuerimus. Cũ amicis ſtatuendum, vt aliquis incipiat proponere ſpiritualia. Inſinuandum familiaritati eorum, quos ſcimus de Deo locuturos, Materia ſermonis de quatuor nouiſſimis, de virtutibus,

Digitized by Google

tutibus, & vitiis: de miraculis, de exemplis, & vitis Sanctorū, in primis Christi, & B. Virginis: de gestis in Christi Ecclesia, tum præterito, tum præsenti tempore, præsertim circa conuersionem animarum inter fideles, & infideles: de variis mediis, quibus mundus iuuari potest, & Ecclesia propagari, & exaltari, qui sermo excitet ad auxilium mundo, & Ecclesiæ ferendum per studia. Adeundus crebro Pater spiritualis, qui sit vir doctus, & Sanctus, & cum illo de his rebus, & aliis similibus agendum.

Octaua, Præparandus animus ad Christiane studendum lectione crebra spiritualium librorū. Ea lectio iuuat

ad

Digitized by Google

ad declinandam deuotionis ſiccitatem, quæ oriri ſolet ex ſtudio; ad maiorem fructum ex eo percipiendum cum accedat intellectus plenus cogitationibus piis. Ideo lectio ſpiritualis à viris doctiſſimis, & ſanctiſſimis vſurpata, vt à S. Thoma Aquinate. Quare deberet illa quotidie ſemel ante ſtudium præmitti per quartam ſaltem horæ partem. Circa illam autem, cum ſit ad deuotionem nobis excitandam, duo debent attendi, Materia, & Modus. Quod ad materiam attinet, abſtinendum à libris, qui modo loquendi nimium aures oblectant, & curioſitatem excitant: præſertim ſi vulgari idio, mate ſcripti ſint. Legendi libri,

bri, qui solidarum virtutum doctrinam doceant, vt charitatis, spei, fidei, mortificationis interioris, obedientiæ; qui agant de Deo, Deique cognitionem animis inserant; qui rationem contineant, & modum tradant varias nostras actiones recte, atque Christiane peragendi; qui ad Dei gloriam amplificandam, ad Ecclesiæ auxilium, ad Religionis Catholicæ propagationem, atque defensionem impellãt. Videntur valde vtiles inter alios libelli spirituales S. Augustini præsertim Soliloquia, Gregorius Magnus, Epistolæ S. Hieronymi, Basilii regulæ, Cassianus, opuscula Spiritualia S. Bonauenturæ, ac S. Thomæ; Aloysii Granatensis, M. Auilæ,

Digitized by Google

Auilæ, Franciſci Arias opera: Platus de bono ſtatu religioſi, Gerſon de imitatione Chriſti, Vitæ Sanctorum, inſpirationes diuinæ, atque lumina, quæ variis temporibus à Deo recepta ſibi quiſque ad memoriam adnotarit, legi identidem cum attentione poſſent praxes hic poſitæ, aut aliquid aliud, quod ad pie ſtudendum conferre cernetur, vt S. Thomæ opuſc. 68. & ca. 10. libr. 5. eruditionis Principum. Modus autem legendi libros ſpirituales is eſſe poteſt. Ante lectionem petendum à Deo lumen ad recte percipiendum ex lectione quæ noſtræ ſaluti, perfectioniq; conferunt, & propenſio voluntatis ad illa. In ipſa lectione vi-

Digitized by Google

dendum, ecquid elici possit ex eo, quod legitur, ad solidarum virtutum exercitium, ad iuuandum alios, ad pietatem augendam, ad Deum glorificandum. Verum hæc omnia inter legendum referenda sunt ad profectum nostrum spiritualem, non ad concionum sermonumue materiam comparandam; quę cogitatio deuotionis spiritum exiccaret. Post lectionem tamen, si quæ in ipsa lectione lumina occurrerint notatu digna, proximis vtilia, notari breuiter possent, & in loca communia referri.

Nono. Præparatio quoque optima est ad studium, ad veritates tum naturales, tum supernaturales percipiendas,

animi

animi puritatem procurare. Quoniam, vt dicitur Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Procuratur autem animi puritas, Sacramentis Pœnitentiæ, ac Eucharistiæ rite frequentãdis; crebro de peccatis admissis, quia per ea Dei numen offenditur, dolendo; malorum hominum consuetudine, atq; familiaritate vitãda; piis quotidie meditationibus vtẽdo, quarũ materia peti posset ex hoc libello, si alia nõ habeatur; Verbo Dei quoties occasio sese obtulerit audiẽdo; piorum hominũ cœtibus, atque sodalibus adeundis rectã in studiis, & aliis actionibus intentionẽ identidem re-

Digitized by Google

nouando. Debet enim Christianus homo serio, ac sæpius in die cogitare cur studeat, & alia quælibet agat: non vt pecuniam, vt honores adipiscatur, & fruatur hoc sæculo, quod præteruolat; sed vt Dei voluntatem exequatur, ipsi seruitium exhibeat, ipsum glorificet, animi salutem consequatur.

In studio.

CVM Scopus Christiani hominis, qui incumbit in litteras debeat esse pie studere, ac studia Christiane peragere: vt ex ipsomet studio, non solum ex actibus præcedentibus, proficiat animus in pietate, & nihil impediatur feruor

feruor spiritus: non videtur id alio modo præstari posse, quã si inter studendum actus quidam fiant, qui maxime inserant pietatem in animis nostris. Huiusmodi videntur esse, Petitiones, quibus petatur à Deo lumen ad veritatem cognoscendam, Obsecrationes: Gratiarum actiones: Ratiocinationes, quibus è veritatibus cognitis, aliquis spiritualis fructus eliciatur: Interrogationes, quibus vel Deũ, vel cœlites interrogemus de dubiis occurrentibus; Contemplationes, quæ fiant vel admirando ea, quæ speculamur, vt opera Dei, quasi radios à Deo patre luminum profecta: vel cognoscendo Deum ex illa siue affirma-

Digitized by Google

tiue, quod eorũ perfectio sit eminẽtissime in Deo; siue negatiue, quod Deus nõ habeat imperfectiones eorum. Hi actus, vt docet experientia non solũ ad pietatẽ, sed ad ipsam etiam scientiam valent plurimũ multo maiorem è studio eliciendam, quã si tales actus non fierent. Ne tamẽ valetudini noceant, si abin expertis indiscrete fiant (quamquã ipsi per se nocere multo minus possunt, quã ipsa studia, imo maxime iuuant, ne obsint valetudini studia, quia immoderatum studiorũ feruorem tẽperant) consulendus est Pater spiritualis, aut alius quiuis prudens in Domino, & in spiritualibus intelligens, & horum consilio seruandus est in his

his actibus modus. Praxes ergo, quæ sequuntur fere ad aliquē ex his actibus reducūtur.

Prima Praxis ex fine immediato studii, quæ est cognitio rerum. Cognitio est ornamentum, & perfectio partis, quæ est in homine nobilissima, nempe intellectus: proinde cogitationes sunt diuitiæ nobilissimæ, quibus qui caret, etiam si bona corporis habeat, atq; externa, mendicus dici debet, quia caret iis diuitiis, quæ propriæ sunt hominis, quatenus homo est. Ex hoc igitur fiat praxis inter studendum. Primo agnoscendo animi penuriam, & paupertatem. Secundo accedendo ad libros, vt accedit mendicus ad diuitum domos petiturus

turus eleemosynam. Tertio petendo à Deo, ab Angelis, à Sanctis, præsertim iis, qui eos libros scripsere, cognitionem quasi stipem. Quarto concipiendo affectum submittendi se magistro, condiscipulis, aliis, vt doceatur, tamquam mendicus à viris diuitibus. Quinto. Agnoscendo tenuitatem doctrinæ, quam quotidie sibi comparat: & quantum sibi desit: quam parum ea, quæ cognoscit, satient appetitum cognoscendi. Sexto. Cogitando futuram in alia vita cognitionem nobilissimam Dei, quę explebit omne nostrum desiderium, & nobilitabit maxime animum nostrum atque beabit.

Secunda Praxis ex alia parte

Digitized by Google

te finis, quæ est cognitio Dei. In ea cognitione posuit Aristoteles beatitudinem naturalem. Intellexit enim quam nobilis sit, & quam perficiat animum nostrum: in ea posita est magna pars beatitudinis supernaturalis, qua fruuntur Angeli, atque homines in cœlo. Praxis esse poterit. Primo inter studendum, petendo ab Angelis, à Sanctis, & ab ipso inprimis Deo vt sui cognitionem nobis largiatur: Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Secundo. Quia omnes creaturæ sunt Dei vestigia, & quasi tegumenta quædam, sub quibus latet Deus, quia ipse est intimus omnibus creaturis: dum eas speculamur, pe-

Digitized by Google

tendum à Deo, vt quasi auferat integumenta, & reuelet se nobis. Tertio. Quia Deus est primum principium, & causa rerum omnium, illas producens, cõseruans, & mouens; ex iis, quæ speculamur, erigamus nos in Dei cognitionem, vel affirmando aliquid de Deo: v.g. Hæc res est pulchra: quã pulchrior Deus, qui fecit illam? Hæc sapiens: quam sapientior Deus, à quo ea profluxit? Hæc v.g. lex iusta est: quãto iustior Deus, per quem legum conditores iusta decernunt? &c. *Pouerb.* 8. Vel negando? Non est hoc, quod speculor, Deus; aliud aliquid est, &c. Quarto. Admirando, quasi intuitiue Deum videamus in iis creaturis, quas speculamur. Tertia

Tertia, Ex fine magis mediato, qui est salus nostra, atque perfectio; quæres est maximi momenti. quid enim prodest homini, si vniuersum mundũ lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Nulla cognitio præferenda saluti, ac perfectioni nostræ. Porro salus nostra, & perfectio est charitas: cui adiunctæ sunt aliæ virtutes, vt fides, spes, & aliæ virtutes morales, &c. Quare praxis erit, in eam diligentiam incumbere, vt ex studio aliquis fructus eliciatur, quo augeatur charitas, fides, vnio cum Deo, &c. v.g. augetur fides cogitãdo, quam congruant ad ea, quæ docet Ecclesia cum iis, quæ lumine naturali cognoscuntur.

Digitized by Google

Augetur charitas colloquendo cum Deo, & illum laudando, admirando ex creaturis, vt faciebat Sanctus Augustinus. Augetur spes cogitando, si Deus mihi nunc has cogitationes tribuit, tribuet & eas, quæ sunt necessariæ ad vitam æternam: tribuet cognitionem sui, lumen gloriæ, &c. Augetur studium orationis, si ex modo philosophandi eliciamus modum diuina contemplandi in oratione, aut materiam aliquam, ex qua in oratione erigere nos melius possimus in Deum.

Quarta Praxis, ex fine vltimo, qui est, diuina gloria. Excitandum est desiderium diuinæ gloriæ, & zelus illius ex cognitione diuinæ Maiestatis

tis, quæ digniſſima eſt omni reuerentia: ex diuinis beneficiis: quia cum quicquid ſum à Deo ſim, corpus, anima, operationes, gratia, gloria, & c. nihil ne conabor Deo retribuere? Nihil autem aliud dari poteſt Deo, præter gloriam. Gloria vero tribus modis procuratur, & datur Deo, cogitatione, verbis, operibus: quæ fiant tum à me, tum ab aliis. Cogitatione duobus modis: Primo cognoſcendo illum per cogitationem naturalem. Secundo per cognitionem fidei, quæ cedit in maiorem Dei gloriam. Actus autem fidei tot multiplicari poſſunt, quot ſunt articuli fidei. Atque is, qui cognoſcit Deum, cum exprimat cognitione

Digitized by Google

tione Deum, quasi formet in se Deum; quare cum cognoscimus Deum, aut cognoscendum ab aliis curamus, quasi producimus, & damus esse Deo in mentibus hominum. Verbis datur gloria Deo, illum laudando, gratias agendo, recitando preces: Ecclesiæ, loquendo de diuinis rebus, concionando. Opera, quibus glorificatur Deus, sunt quæcunque fieri à nobis possunt iuxta diuinam Voluntatem. Quare S. Paulus nos hortatur, vt siue cum manducamus, siue cum bibimus, siue aliud quid facimus, omnia ad Dei gloriam faciamus, 1. *Cor.* 2. Sed in primis glorificant Deum, Primo, obseruatio diuinæ legis. Secundo, opera miseri-

Digitized by Google

misericordiæ spiritualia, & corporalia. Tertio, vsus Sacramentorum, & eorum administratio. Quarto, diuinus cultus exterior, præsertim Missæ sacrificiũ. Huc spectant genuflexiones, Ceremoniæ Ecclesiæ, Indulgentiarum vsus, Coronæ gestatio; Vsus aquæ benedictæ, Palmarum, Imaginum, Candelarum, Ceræ sacræ, Signi Crucis; Peregrinationes; vsus doctrinæ scholasticæ, & alia, quæ impugnantur ab hæreticis. Praxis ergo sit, Primo colloquendo cum Deo ex occasione alicuius doctrinæ, quę addiscitur, & illum glorificando per reflexionem ad aliquid ex iis, quæ numerata sunt. Secundo. Post aliquid speculatũ insistẽdo,

do, & videndo, ecquid elici possit vtile alicui rei, ex iis, quæ dicta sunt, ad Idololatras, Iudæos, Turcas, Hæreticos, Schismaticos conuincendos: & id, quod elicitur adnotando in libello locorum communium, vt postea vsui esse possit, cum offeretur occasio vel nos, vel proximos iuuandi. Multa hoc modo comparari possunt valde vtilia ad concionandum, cum sint lumina diuina. Vtinam omnes Concionatores ita se pararent tot annis, quot student Scholasticæ: dicerent vtil ora, & loquerentur ad modum Sanctorum. Tertio, scribendo ex iis, quæ inter speculandum vidimus, tractationes spirituales, quæ vsui esse

esse possint aliis multis, ad quos peruenire non potest nostra vox.

Quinta Praxis, Ex causa efficiente, quæ est Deus, qui omnipotens; ego, qui valde impotens: ex causa materiali, quæ sunt res obscurissimæ. Ex consideratione enim nostræ imbecillitatis non solum in inuenienda veritate, sed etiam in alenda pietate, quod maximi momenti est in studio; & ex cognitione diuinæ potentiæ, quæ omni imbecillitati potest fortitudinem præbere; & quia res ipsæ, quæ cognoscuntur à nobis, totum intellectum ad se trahunt, vt nullus relinquatur locus affectui; videtur hæc optima praxis elici, quę maxime con-

ferr

Digitized by Google

fert, & necessaria est, Vt inter studendum, rebus difficilibus; & longioris speculationis formemus Colloquia cum Deo, illũ interrogando quasi alium ex nobis, vel ex magistris: Qua ratione hoc, vel hoc, Domine mi, se habet? Non videtur habere se hoc modo ob hanc, vel hanc causam: Dicendum ergo hac ratione, vel hac: O quam benedictum est, Deus cordis mei, te suggerente: & similia, quæ interim pinguẽ pietate mentem reddunt, & vberem ad pie reliqua præstanda post studium. Scribẽda interdum hæc colloquia, vt plura suggerantur nobis, & deinde vsui esse possint ad pietatem excitandam, quãdo erimus aridi.

Post

Post studium.

PRima Praxis à causa efficiente, quæ est Deus in primis, à quo omne bonum. Primo. Gratiæ agendæ Deo de cognitione rerũ per studium acquisitą. Secundo. Inter loquendum cum aliis sermo sit talis, vt omnia in Deum referat. v. g. Hoc intellexi Deo auxiliante: Hanc tractationem, vel quæstionem scripsi adiutore Deo. Ita nihil nobis tribuemus, atq; hic loquendi modus sentiendi etiam modum iuuabit. Tertio. Quæcunq; cogitauimus, aut scripsimus, offerenda Deo, vt auctori petendum, vt ea ipse benedicat, & consecret, ac dirigat in suam gloriam: Christi pedibus subiicienda.

Secun-

Digitized by Google

Secunda Praxis. Ex fine immediato, qui est cognitio veritatis. Primo non abundandum in proprio sensu: cogitandum nos facile potuisse decipi in speculatione; quare parati esse debemus ad sententiam mutandam, si quid melius occurret. Secundo. Audiendi attente, qui sunt contrariæ sententiæ, & cum animo non obstinato, sed humili. ita fiet, vt Deus magis nos illuminet, qui dat humilibus gratiam; & alii facile nobis aperiant sui animi sensa, cum non inueniant aures obstrusas, & nos multa discamus, cum non sistamus in vna nostra cogitatione, quæ impediret ne alia cognoscantur.

Tertia praxis. Ex fine mediato,

Digitized by Google

diato, qui est nostra salus, & profectus in spiritu. Primo, Cum sese offert occasio interloquendum, inter fundendum preces ad Deum, &c. iuuemur cognitione hausta ex studiis, vt supra indicatum est. Secundo, Ne cogitemus de speculationibus factis in studio, siue de rebus, quæ spectant ad litteras, dum audimus res spirituales, aut dum oramus, aut alio tempore, quod impendendum est rebus piis. Cogitandum nobis est, id futurum contra Dei voluntatem, id impedimentum allaturum diuinis luminibus, & hauriendo affectui, & perfectioni nostræ. Quid autem proderit, si vniuersam scientiam lucremur, animæ vero nostræ

nostræ detrimentum patiamur? quid nostra salus cum studiis? quis scit, an Deus præbiturus sit actum contritionis, & non præbet, quia distrahimur talibus cogitationibus? Iam spiritualia spectant ad effectum, ex quo efficacia omnis ad omnes nostras actiones promanat. Idem præstandum est, cum legendi libri spirituales, aut loquendum est de rebus spiritualibus, ne sicci euadamus, & aridissimi, quod ad cogitationes pias attinet. Tertio, Cum Maiores nostri quibus tenemur obtemperare, alia nobis negotia iniungunt, & munia, quæ studium impediant, ea libenti animo exequē-

da

da, quippe cum Deus à nobis non ſtudia, ſed ſuæ voluntatis exequutioné requirat, quam nobis declarat per imperium eorum, qui nobis præſunt, ait enim Paulus ad Coloſſ. 2. Filii obedite parentibus per omnia; Hoc enim placitum eſt Domino, & ad Hebræos decimotertio, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.

Quarta Praxis, ex fine diuinæ gloriæ. Quæ didicimus, communicanda aliis ſine inuidia, ſed magna cum charitate, & affectu, vt propagetur diuina gloria. Communicare autem poſſumus tum verbis, tum ſcriptis.

Hic

Digitized by Google

Hic ſtudendi modus iuuat ad familiaritatem cum Deo acquirendam, ad quam eniti magnopere debemus; valet enim illa ad omnes tentationes facilius ſuperandas, & ad cumulandum animum ſpiritualibus bonis.

EPILOGVS SVPERIORIS *Praxis, & valde vtilia, vt ſtudentes proficiant in litteris.*

AD ſtudium ne accedas, niſi prius animum recte diſponas: quod fiet illum purificando à peccatis, renouando rectam intentionem, excitando diſcendi deſiderium, immoderatum ſtudendi ardorem & anxias circa ſtudium cogitationes compeſcendo,

Digitized by Google

pescendo, quæ duo & valetudini nocent, & intellectum perturbant, ne clare veritatem percipiat, denique omnes alias cogitationes, quæ ad studium non faciunt, ablegando, quod facile fiet, si per aliquantulũ temporis interuallum te recipias ad meditandum, quam viles sint res omnes humanæ; te nunc esse in momento, ex quo pendet æternitas, tibi de omni opere rationem Deo esse reddendam. Tum recitare poteris piam aliquam orationem, vt Creator ineffabilis, qui de thesauris sapientiæ tuæ? &c. Postremo signa te signo crucis, & ad studium accede.

Secundo. Ne lege libros multos, sed vnum, aut alte-

Digitized by Google

rum in vnaquaque facultate præcipuum, & scripta magistri. Perturbat enim multa lectio intellectum, vt docet experientia, & ineptum reddit ad inueniendum, & ad pariendum multa ex se. Pauca bene intellecta, præsertim si scientiarum principia sint, mirum quantum valent ad cætera clare apprehendenda, & ad innumerabilia deducenda. Principia porro sunt ipso initio cognoscēda. Postquam locum aliquem, aut loci partem legendo percurreris, insiste intelligentiæ; neq; ad alium propera prius, quā illum probe perceperis. Si difficultatem pateris, pete intelligentiam à Deo: cuius intelligentiā assequi nullo modo

Digitized by Google

do potes, illud adnota, vt magistrũ, aliumue peritum quã primum interroges; cum quid assequeris, gratias age Deo. Crede autẽ magistro, auctoriue, quẽ legis: oportet enim addiscentem credere: sisque bene erga docentes affectus.

Tertio. Postquam locum aliquem ex libro, aut scriptis magistri bene perceperis, eũ sic examina, vt ipse tibi obiicias; & quæ obieceris soluas; quæ nequiueris, adnotes ad interrogandum, vel disputandum. Rursum autem eundem locum speculare Marte tuo, vt melius intelligas, & exercearis ad inueniendum alia plurima. Modus autem speculandi, & inueniendi petendus ex Topica. Principio co-

Digitized by Google

gnoſcenda notio, ſeu definitio nominis; & varia ſignificatio. Nomina enim imponuntur ad rei naturam explicandam; quare multum valet ad intelligentiam rei cognitio nominis. Deinde rei natura inueſtiganda, incipiendo vel à cauſis, vel ab effectis, ſeu proprietatibus, vt commodius fuerit ad veritatem inquirendam. Cauſæ quatuor, duæ intrinſecæ, Materia ex qua res eſt, ſiue ſubiectum, in quo eſt, & Forma, per quam à cæteris rebus diſtinguitur: vt hominis materia corpus: forma eſt anima. Duæ cauſæ extrinſecæ, Efficiens, à qua res producitur: Finis, propter quem eſt, ſeu ad quẽ ordinatur. Plurimum optimum eſt

ordiri

ordiri ſpeculationem ex fine, quia rei natura accommodatur fini ad quem ordinatur. Effectus rei ſunt, quæ exiſtunt ex ipſa. Proprietates, quæ illam ab aliis diſtinguunt, ſed non ſpectant ad eius naturam. Ne quid effugiat, percurrenda ſunt cognitione decem rerum genera, Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Paſſio, Vbi ſeu locus, Quando ſeu tempus, Situs, Habere, ſeu veſtis, aut cætera, quę rem circumſtant. Vt autem melius hoc inueniendi modo vtare, interroga magiſtros, qui eum fuſius, & clarius explicabunt, vt etiam cætera, de quibus hic agimus.

Quarto. Si das operam litteris humanioribus, Exercete

Digitized by Google

lectione, scriptione, sermone. Lectio valet ad eruditionem tum linguæ, tum historiæ, tũ artificii comparandam. Ad eruditionẽ linguæ nota inprimis phrases, proprietatem, translationes. Pleni eruditione historiæ inter Ecclesiæ Patres S. Clemens in libris stromatum, S. Augustinus de Ciuitate Dei. In lectione pro notando artificio. Primum considera, ex quo genere quæstio siue materia sit, de qua liber agit, quem legis: Deinde argumẽtum, & argumenti partes; quod sumas ab historia. Tum propositũ scriptoris, & propositi partes, quod ex tota scriptione colligas animo, & Propositionem formes. Tum aduerte Propositionis ratio-

nem

Digitized by Google

nem, rationis explicationem, explicationis ornamentum. Postremo orationis partes, & collocationē; dicendi genus; figuras tum sententiarū, tum verborum, rara dicta latentia in propositionibus, siue apparentia; epiphonemata, iudicia affectus. Scriptio mirum in modū iuuat ad linguas addiscendas, & ad acquirendam eloquentiam. Nullus dies sine linea. Antequam adscribēdum accedas, lege aliquid ex libris præstātioribus in eo genere, quo tibi scribendum erit siue soluta oratione, siue vincta. Tirones incipiant vertere aliquid ex libris elegantia præstantibus in linguam maternam; & rursum maternam versionem in linguam, ex

Digitized by Google

ex qua eam transtulerunt, ex eaque suam versionem corrigant. Circa sermonem duo sunt præcepta, alterum, vt latine loquaris communiter, siue eo idiomate, quod cupis addiscere: alterum, vt memoriæ mandes, quæ ipse scripseris, aut alius elegans auctor, & pronunties.

Quinto. Illud etiam post locum quemcumque bene perceptum, post lectionem, post scriptionem faciendum tibi erit ad vberrimam ex litterarum studiis vtilitatem percipiendam: vt attente cõsideres quomodo eam doctrinam in praxim traducere possis ad eum vsum, siue finẽ, quem sine Dei offensa tibi consequendum statuisti. v.g.

Qua

Digitized by Google

Qua ratione Theologicæ ſpeculationes deſeruire poſſint concionibus, diſputationibus cum hæreticis, ad multos homines ad Deum trahẽdos: Quomodo tibi vtendum erit legibus, quibus ſtuduiſti, ad licitam reorum defenſionem, ciuium vtilitatem, Reip. conſeruationem, & ornamẽtum: Quomodo vtẽdum dialecticis præceptis ad inueniendum, ad arguendum, ad ſcientias apprehendendas: Cui vſui futuræ ſint hiſtoriæ, orationes, verſus, quæ perlegiſti: ea, quæ ipſe ſcripſiſti, &c. Quæ meditatus fueris, refer in libros papyraceos, qui ordine Alphabetico varias materias habeãt, quarum ſingulæ variis locis diſtinguantur,

Digitized by Google

qui peti possunt ex Topicis, eos supra indicauimus. §. 3.

Sexto. Vltra duas horas ne legendo, aut scribendo ad laborem incumbas, quin studiũ intermittas aliquantulo temporis interuallo. Ne studeas tempore, quod valetudini, aut spiritui sit inopportunum, vt statim à prandio, à cœna, aut cum preces ad Deum fundendæ, aut sacramenta tibi suscipienda sunt.

Septimo. Quidquid priuato studio intellexeris, confer cũ aliis, interrogando, docendo, disputando. Itaq; si doctrinę copiam vis comparare, has exercitationes ne fuge. Caue disputes cum parum intelligentibus in ea re, de qua disputatur. Eo animo disputes, vt

Digitized by Google

vt veritas eluceſcat, non vt ipſe ſuperior videare. Exhibe in diſputando ingenii, doctrinæque ſpecimen pariter, ac modeſtiæ. Cum hominibus, qui malis moribus ſunt, neq; litterarum cauſa colloquia miſcenda ſunt.

Octauo. In audiendis lectionibus ſis aſſiduus, & in eis præuidendis diligens, & poſtquam eas audieris, repetendis, & iis, quæ oportuerit adnotandis, quo impoſterum memoriæ defectui conſulatur; & ſcholæ diſputationibus, ac repetitionibus ſemper interſis.

Nono. Ne pluribus ſimul facultatibus des operam, vt Medicinæ, ac legibus, Theologiæ, ac Mathematicæ. Plu-

Digitized by Google

ribus intentus pauciſſima intellectus apprehendet ex ſingulis. Vtile tamen eſt propter vitæ noſtræ breuitatem, & varia munia, quæ à nobis exercēda ſunt, & opem, quam ſibi mutuo præbent facultates, & ad variam eruditionem, & ad oblectamentum animi, dum ad ſtudia maiorum, ſiue vtiliorum facultatum incumbimus, aliquid ex minoribus, ſiue minus neceſſariis noſtro fini, delibare: vt ex Græcis litteris, dum Latinas apprehendimus: ex Mathematicis diſciplinis, dum Phyſicæ: ex Ethica, dum Metaphyſicæ? ex Hebræo idiomate, dum ſcripturæ ſacræ: ex Poſitiua, dum ſcholaſticæ: ex caſibus conſcientiæ, dum legibus

Digitized by Google

gibus, aut Theologiæ ſtudemus. Minores illas ſine detrimento maiorum facultatum comparare tibi poteris quantum erit ſatis: ſi breuiſſimum quotidie tempus, ſed illud certum, minoribus impendas, reliquum omne maioribus.

ORATIO SANCTI THOMÆ de Aquino ante ſtudium.

CReator ineffabilis, qui de theſauris ſapientiæ tuæ tres Angelorum hierarchias annotaſti, & eas ſuper cœlum empyreum miro ordine collocaſti, atque elegantiſſime partes vniuerſi diſtribuiſti. Tu, inquam, qui verus fons luminis & ſapientiæ diceris, atque

Digitized by Google

que ſupereminens principiũ, infundere digneris ſuper intellectus mei tenebras tuæ radiũ claritatis duplicem, in quas natus ſum, à me remouens tenebras, peccatum ſcilicet & ignorantiam. Qui linguas infantium facis eſſe diſertas, linguam meam erudias, atque in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi ſubtilitatem, addiſcendi facilitatem, loquendi gratiam copioſam, ingreſſum inſtruas, progreſſum dirigas, egreſſum compleas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Amen.

ALIA

Digitized by Google

ALIA ORATIO BEATI Thomæ de Aquino.

COncede mihi, misericors Deus, quæ tibi placita sunt, ardenter concupiscere, prudenter inuestigare, veracitet agnoscere, perfecte adimplere ad laudē & gloriam nominis tui. Ordina statum meum: & quod à me requiris, vt faciam, tribue vt sciam. Et da exsequi sicut oportet & expedit animæ meæ. Da mihi Domine Deus meus, inter prospera & aduersa non deficere: vt in illis non extollar, in istis non deprimar. da nullo gaudeam, vel doleam, nisi quod ducat ad te, vel abducat à te. Nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisi

nisi tibi. Vileſcat mihi Domine omnia tranſitoria, & cara mihi ſint omnia tua propter te, & tu Deus præter omnia. Tædeat me gaudii, quod eſt ſine te: nec aliquid cupiam quod eſt extra te. Delectet me Domine labor qui eſt pro te. & tædioſa ſit mihi omnis quies, quæ eſt ſine te. Frequẽter da mihi Domine cor ad te dirigere, & in defectione mea cum emendationis propoſito dolendo penſare. Fac me, Domine Deus, obedientem ſine contradictione, pauperem ſine defectione, caſtum ſine corruptione, patientem ſine murmuratione, humilẽ ſine fictione, & hilarem ſine diſſolutione, triſtẽ ſine deiectione,

Digitized by Google

ctione, maturum sine grauitate, agilem sine leuitate, timẽtem sine desperatione, veracẽ sine duplicitate, operantẽ bona sine præsumptione, proximum corrigere sine elatione, ipsum ædificare verbo & exemplo sine simulatione. Da mihi Domine Deus cor peruigil, quod nulla abducat à te curiosa cogitatio: da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio: da rectum, quod nulla deorsum obliquet sinistra intentio: da inuictum, quod nulla frãgat tribulatio: da liberum, quod nulla sibi vendicet peruersa & violenta affectio. Largire mihi, Domine Deus meus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te in-

Digitized by Google

inuenientem, conuersationem tibi placentem, perseuerantiam te fideliter exspectantem, & fiduciam te finaliter amplectentem, tuis pœnis configi per pœnitentiam, tuis beneficiis vti in via per gratiam, & tandem tuis gaudiis in patria perfrui per gloriam.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM AC VERBORVM.

A.

ABominationũ, catalogus. 163
Abstractis nominibus vtimur pro concretis, cum quispiam ita perfectus est in aliquo rerum genere, vt nihil addi posse videatur. 8
Acclamationes Cœlituum. 374
Aeron Argentinus accenso igne Athenas à pestilentia liberauit. 27
Adolescentiæ peccata. 165
Adolescentibus studiosis præstita beneficia. 454
Aduersarii diuersarum nationum. 444
Ærumnarum humanarum catalogus. 448
Alexandri erga alios beneuolentia. 64
Alexii puritas. 78
Amor Mariæ erga Deũ. 241. 324. erga Sodales 242. erga Elizabetham 246
Ancillæ titulus est titulus honoris & humilitatis. 88
Angelorum cum B. V. colloquium. 239
Apollo ob vsum medicinæ allatum in Deorum numerum fuit relatus. 5
Astrologi in cœlo animalia constituunt. 121
Arca Maria. 495
Aries primum in Zodiaco signum. 122
S. Augustini in vestitu simplicitas. 254
Aurum charitatis Symbolum. 235
Ætas B.M. 323

C.

CAlceorum ornamenta. 232
Calcei caritatis. 235

Calcei

Digitized by Google

Calcei ambitionis. 260 inuidentiæ. 261. humilitatis. 271. Religionis. 285
Calceus est Symbolum libertatis & dominii. 290. possessionis. 291. lætitiæ & honoris. 292. Constantiæ. 294. paupertatis. 301.
Caluinus. 442
Caritas virtus regia. 269
Catalogus abominationum. 163 ærumnarum humarum. 448
Caussa visitationis. 243
Chiron Saturni filius primus naturas herbarum inuenit. 25
Cicada pascitur rore. 179
Christus matrem semper audit. 415
Christus est ros matutinus. 218. propitiatio pro peccatis nostris. 9. iustitia, Sapientia, pax nostra. 14. Gemma. 362. 363
Christus in Martio est conceptus. 125. causa à 125. vsque ad 131
Christi incarnatio ad modum roris generati. 176
Colloquium Angelorum cum B.V. 231
Collyridiani. 438
Crepidarum nomine vectigal exactum. 232

D.

DEiparæ lectus. 325
Deipara est musica vocalis. 370. hortus. 372 plãtarium. l.c. Sakus libani. 373. patrona indigentium. 317. ante assumptionem fuit in ædibus S. Ioan. Euangelistæ. 320
Deiparæ titulus Mariæ proprius. 418

Digitized by Google

Deiparam Christianos colere par est. 490
Dii ridiculi Romanorum. 489
Discrimina inter Velleris aurei milites & Sodales. 198
Dotes cælitum 67. Angelorum. 68. Apostolorum. 69

E.

Ecclesiæ varius status. 349
Equites velleris aurei sunt Sodales. 194
Equestrium Ordinum denominationes. 194
Equites qui sint. 197
Exemplar imitationis vbique. 56. vsque ad 61
Exheredatur nullus à B.V. 378

F.

Fortitudo Martyrum. 70
Franconiæ hoc tempore peculiaria mala. 499

G.

Gaudendum in ortu Deiparæ. 416
Gedeonis spiritales. 201
Gemma non è concha, sed fulguris & aquæ commixtione formatur. 362
Gemma Pyrrhi. 365
Germaniæ vera grauamina. 503

H.

Hebræi. 439
Hippocrati iidem honores sunt decreti qui Herculi ob pestem ab Illyriis auersam. 5
Hostes Mariæ. 384
Hyacinthus mutat colorem cum cœlo. 302. varia eius vis. 303. in eo cœli facies. 302
Humilitas exaltat. 279. 281. Virtutum fun-

Digitized by Google

fundamentum. 84.
Vallum castitatis. 85.
Humilitas Mariæ 87. 91. 184. Deo carissima. 273
Heres B. V. ex asse Ecclesia. 335

I.

IMago Deiparæ est oleum medicinale. 42
Imitationis exemplar vtique. 56
Incarnatio Christi ad modum roris generari. 176
Innocentum Martyrium. 73
Innocentia B. V. 75
Innocentiæ merces. 74
Iulius Cæsar ad misericordiam promtus. 64
Iustificationem fieri sine qualitate inhærente male colligunt hæretici ex 1. ad Corinthios qui factus est nobis sapientia, iustitia, redemptio. 12
Iusti sunt instrumenta musica. 364

L.

LEgata in testamento Deiparæ. 385. 390. 400
Legari quæ possint. 387
Liberalitas Mariæ. 380
Ligni vitæ vis & efficacia. 39
Lutherus. 440
Lycurgus legum conditor. 63

M.

MAnichæi. 439
Marcellus à se victis illacrymauit. 63
Maria continuata laude vtitur. 370
Maria est vena vitæ. 38. lignum vitæ. 39. 373. oleum. 42. Smyrna maris

Digitized by Google

maris. 42. terra. 49. Vellus. 146. 215. 222. Gedeonis, non Iasonis. 154. Martyr. 72. Vita, dulcedo, Spes, Salus. 16. Salus infirmorum. 7. ob infirmitatem quamlibet in omni natione curatam. 21. ob immortalitatis pharmacum orbi liberaliter propinatum 22. ob morbos arte humana immedicabiles sanatos. 24. ob cæcitatem ab humano genere depulsam. 25. ob pestilitatem sæpe in imperio iugulatam. 27. ob morbos medicis incognitos ac diuturnos puncto temporis dissipatos. 29. ob mortuos resuscitatos. 32. patrona viatorum. 226. per excellentiam princeps. 247. patrona in perfectionis stadio 55 in vita salus infirmorum. 50. perfectionis absolutissimum exemplar. 65. indumentum, agni & vestis Sodalium. 147. clypeus, tympanum. 148 Gemma. 361. Liber. 363. instrumentum musicum. 367. omnium aduersariorum victrix. 443 Sol. 445. impetrat dum petit. 460. patrona vniuersalis. 481. Mariæ nomen medicum. 41 imago oleum medicinale. 42. varii tituli. 446. & seqq. Mariæ vbique erectæ ædes vt saluti infirmorum. 34. vsq; ad 38. in cœlis existentis misericordia. 493. Mariæ innocentia. 75. puritas. 82. humilitas. 87. vsque ad 92. 184. legum amor. 96. Vterus est vellus. 142. erga Sodales amor. 242.

Digitized by Google

qui peti possunt ex Topicis, eos supra indicauimus. §. 3.

Sexto. Vltra duas horas ne legendo, aut scribendo ad laborem incumbas, quin studiũ intermittas aliquantulo temporis interuallo. Ne studeas tempore, quod valetudini, aut spiritui sit inopportunum, vt statim à prandio, à cœna, aut cum preces ad Deum fundendæ, aut sacramenta tibi suscipienda sunt.

Septimo. Quidquid priuato studio intellexeris, confer cũ aliis, interrogando, docendo, disputando. Itaq; si doctrinę copiam vis comparare, has exercitationes ne fuge. Caue disputes cum parum intelligentibus in ea re, de qua disputatur. Eo animo disputes, vt

Digitized by Google

vt veritas eluceſcat, non vt ipſe ſuperior videare. Exhibe in diſputando ingenii, doctrinæque ſpecimen pariter, ac modeſtiæ. Cum hominibus, qui malis moribus ſunt, neq; litterarum cauſa colloquia miſcenda ſunt.

Octauo. In audiendis lectionibus ſis aſſiduus, & in eis præuidendis diligens, & poſtquam eas audieris, repetendis, & iis, quæ oportuerit adnotandis, quo impoſterum memoriæ defectui conſulatur; & ſcholæ diſputationibus, ac repetitionibus ſemper interſis.

Nono. Ne pluribus ſimul facultatibus des operam, vt Medicinæ, ac legibus, Theologiæ, ac Mathematicæ. Plu-

Digitized by Google

ribus intentus pauciſſima intellectus apprehendet ex ſingulis. Vtile tamen eſt propter vitæ noſtræ breuitatem, & varia munia, quæ à nobis exercēda ſunt,& opem,quam ſibi mutuo præbent facultates, & ad variam eruditionem, & ad oblectamentum animi, dum ad ſtudia maiorum, ſiue vtiliorum facultatum incumbimus, aliquid ex minoribus, ſiue minus neceſſariis noſtro fini, delibare: vt ex Græcis litteris, dum Latinas apprehendimus: ex Mathematicis diſciplinis, dum Phyſicæ: ex Ethica,dum Metaphyſicæ? ex Hebræo idiomate,dum ſcripturæ ſacræ: ex Poſitiua,dum ſcholaſticæ: ex caſibus conſcientiæ, dum legibus

gibus, aut Theologiæ ſtudemus. Minores illas ſine detrimento maiorum facultatum comparare tibi poteris quantum erit ſatis: ſi breuiſſimum quotidie tempus, ſed illud certum, minoribus impendas, reliquum omne maioribus.

ORATIO SANCTI THOMÆ de Aquino ante ſtudium.

CReator ineffabilis, qui de theſauris ſapientiæ tuæ tres Angelorum hierarchias annotaſti, & eas ſuper cœlum empyreum miro ordine collocaſti, atque elegantiſſime partes vniuerſi diſtribuiſti. Tu, inquam, qui verus fons luminis & ſapientiæ diceris, atque

Digitized by Google

que supereminens principiũ, infundere digneris super intellectus mei tenebras tuæ radiũ claritatis duplicem, in quas natus sum, à me remouens tenebras, peccatum scilicet & ignorantiam. Qui linguas infantium facis esse disertas, linguam meam erudias, atque in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi subtilitatem, addiscendi facilitatem, loquendi gratiam copiosam, ingressum instruas, progressum dirigas, egressum compleas. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

ALIA

ALIA ORATIO BEATI Thomæ de Aquino.

COncede mihi, misericors Deus, quæ tibi placita sunt, ardenter concupiscere, prudenter inuestigare, veraciter agnoscere, perfecte adimplere ad laudē & gloriam nominis tui. Ordina statum meum: & quod à me requiris, vt faciam, tribue vt sciam. Et da exsequi sicut oportet & expedit animæ meæ. Da mihi Domine Deus meus, inter prospera & aduersa non deficere: vt in illis non extollar, in istis non deprimar. da nullo gaudeam, vel doleam, nisi quod ducat ad te, vel abducat à te. Nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisi

nisi tibi. Vilescāt mihi Domine omnia transitoria, & cara mihi sint omnia tua propter te, & tu Deus præter omnia. Tædeat me gaudii, quod est sine te: nec aliquid cupiam quod est extra te. Delectet me Dqmine labor qui est pro te. & tædiosa sit mihi omnis quies, quæ est sine te. Frequēter da mihi Domine cor ad te dirigere, & in defectione mea cum emendationis propositō dolendo pensare. Fac me, Domine Deus, obedientem sine contradictione, pauperem sine defectione, castum sine corruptione, patientem sine murmuratione, humilē sine fictione, & hilarem sine dissolutione, tristē sine dejectione,

Digitized by Google

ctione, maturum sine grauitate, agilem sine leuitate, timẽtem sine desperatione, veracẽ sine duplicitate, operantẽ bona sine præsumptione, proximum corrigere sine elatione, ipsum ædificare verbo & exemplo sine simulatione. Da mihi Domine Deus cor peruigil, quod nulla abducat à te curiosa cogitatio: da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio: da rectum, quod nulla deorsum obliquet sinistra intentio: da inuictum, quod nulla frãgat tribulatio: da liberum, quod nulla sibi vendicet peruersa & violenta affectio. Largire mihi, Domine Deus meus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te in-

Digitized by Google

inuenientem, conuersationem tibi placentem, perseuerantiam te fideliter exspectantem, & fiduciam te finaliter amplectentem, tuis pœnis configi per pœnitentiam, tuis beneficiis vti in via per gratiam, & tandem tuis gaudiis in patria perfrui per gloriam.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM AC VERBORVM.

A.

ABominationũ, catalogus. 163
Abstractis nominibus vtimur pro concretis, cum quispiam ita perfectus est in aliquo rerum genere, vt nihil addi posse videatur. 8
Acclamationes Cœlituum. 374
Aeron Argentinus accenso igne Athenas à pestilentia liberauit. 27
Adolescentiæ peccata. 165
Adolescentibus studiosis præstita beneficia. 454
Aduersarii diuersarum nationum. 444
Ærumnarum humanarum catalogus. 448
Alexandri erga alios beneuolentia. 64
Alexii puritas. 78
Amor Mariæ erga Deũ. 241. 324. erga Sodales 242. erga Elizabetham 246
Ancillæ titulus est titulus honoris & humilitatis. 88
Angelorum cum B. V. colloquium. 239
Apollo ob vsum medicinæ allatum in Deorum numerum fuit relatus. 5
Astrologi in cœlo animalia constituunt. 121
Arca Maria. 495
Aries primum in Zodiaco signum. 122
S. Augustini in vestitu simplicitas. 254
Aurum charitatis Symbolum. 235
Ætas B. M. 323

C.

CAlceorum ornamenta. 232.
Calcei caritatis. 235.

Calcei

Calcei ambitionis. 260 inuidentiæ. 261. humilitatis. 271. Religionis. 285
Calceus est Symbolum libertatis & dominii. 290. possessionis. 291. lætitiæ & honoris. 292. Constantiæ. 294. paupertatis. 301.
Caluinus. 442
Caritas virtus regia. 269
Catalogus abominationum. 163 ærumnarum humarum. 448
Causſa visitationis. 243
Chiron Saturni filius primus naturas herbarum inuenit. 25
Cicada pascitur rore. 179
Christus matrem semper audit. 415
Christus est ros matutinus. 218. propitiatio pro peccatis nostris. 9. iustitia, Sapientia, pax nostra. 14. Gemma. 362. 363
Christus in Martio est conceptus. 125. causa à 125. vsque ad 131
Christi incarnatio ad modum roris generati. 176
Colloquium Angelorum cum B.V. 231
Collyridiani. 438
Crepidarum nomine vectigal exactum. 232

D.

Deiparæ lectus. 325
Deipara est musica vocalis. 370. hortus. 372 plãtarium. l.c. Saltus libani. 373. patrona indigentium. 317. ante assumptionem fuit in ædibus S. Ioan. Euangelistæ. 320
Deiparæ titulus Mariæ proprius. 418

Deiparam

Digitized by Google

Deiparam Christianos colere par est. 490
Dii ridiculi Romanorum. 489
Discrimina inter Velleris aurei milites & Sodales. 198
Dotes cælitum 67. Angelorum. 68. Apostolorum. 69

E.

Ecclesiæ varius status. 349
Equites velleris aurei sunt Sodales. 194
Equestrium Ordinum denominationes. 194
Equites qui sint. 197
Exemplar imitationis vbique. 56. vsque ad 61
Exheredatur nullus à B.V. 378

F.

Fortitudo Martyrum. 70
Franconiæ hoc tempore peculiaria mala. 499

G.

Gaudendum in ortu Deiparæ. 416
Gedeonis spiritales. 201
Gemma non è concha, sed fulguris & aquæ commixtione formatur. 362
Gemma Pyrrhi. 365
Germaniæ vera grauamina. 503

H.

Hebræi. 439
Hippocrati iidem honores sunt decreti qui Herculi ob pestem ab Illyriis auersam. 5
Hostes Mariæ. 384
Hyacinthus mutat colorem cum cœlo. 302. varia eius vis. 303. in eo cœli facies. 302
Humilitas exaltat. 279. 281. Virtutum supr-

Digitized by Google

fundamentum. 84.
Vallum castitatis. 85.
Humilitas Mariæ 87. 91. 184. Deo carissima. 273
Heres B. V. ex asse Ecclesia. 335

I.

IMago Deiparæ est oleum medicinale. 42
Imitationis exemplar vtique. 56
Incarnatio Christi ad modum roris generari. 176
Innocentum Martyrium. 73
Innocentia B. V. 75
Innocentiæ merces. 74
Iulius Cæsar ad misericordiam promus. 64
Iustificationem fieri sine qualitate inhærente male colligunt hæretici ex 1. ad Corinthios qui factus est nobis sapientia, iustitia, redemptio. 12
Iusti sunt instrumenta musica. 364

L.

LEgata in testamento Deiparæ. 385. 390. 400
Legari quæ possint. 387
Liberalitas Mariæ. 380
Ligni vitæ vis & efficacia. 39
Lutherus. 440
Lycurgus legum conditor. 63

M.

MAnichæi. 439
Marcellus à se victis illacrymauit. 63
Maria continuata laude vtitur. 370
Maria est vena vitæ. 38. lignum vitæ. 39. 373. oleum. 42. Smyrna maris

Digitized by Google

maris. 42. terra. 49. Vellus. 146. 215. 222. Gedeonis, non Iasonis. 154. Martyr. 72. Vita, dulcedo, Spes, Salus. 16. Salus infirmorum. 7. ob infirmitatem quamlibet in omni natione curatam. 21. ob immortalitatis pharmacum orbi liberaliter propinatum 22. ob morbos arte humana immedicabiles sanatos. 24. ob cæcitatem ab humano genere depulsam. 25. ob pestilitatem sæpe in imperio iugulatam. 27. ob morbos medicis incognitos ac diuturnos puncto temporis dissipatos. 29. ob mortuos resuscitatos. 32. patrona viatorum. 226. per excellentiam princeps. 247. patrona in perfectionis stadio 55 in vita salus infirmorum. 50. perfectionis absolutissimum exemplar. 65. indumentum, agni & vestis Sodalium. 147. clypeus, tympanum. 148 Gemma. 361. Liber. 363. instrumentum musicum. 367. omnium aduersariorum victrix. 443 Sol. 445. impetrat dum petit. 460. patrona vniuersalis. 481. Mariæ nomen medicum. 41 imago oleum medicinale. 42. varii tituli. 446. & seqq. Mariæ vbique erectæ ædes vt saluti infirmorum. 34. vsq; ad 38. in cœlis existentis misericordia. 493. Mariæ innocentia. 75. puritas. 82. humilitas. 87. vsque ad 92. 184. legum amor. 96. Vterus est vellus. 142. erga Sodales amor. 242.

Digitized by Google

242. erga Deum. 241. erga Elizabetham. 246. in itinere religio. 287. potentia. 436. hostes. ibid. In Maria est omniū virtutum mixtura. 66. cœlitum decora. 67. Angelorum dotes. 68. Apostolorum 69. Martyrum fortitudo. 70. innocentia confessorum. 72. 274 nihil austerum in illa 492. Maria in vita multa miracula perpetrauit. 51. omnibus curandis præposita. 6. 17. 45. supra Isidem felix curatrix. 19. vsq; ad 22. grauiores, & plures morbos curauit, quam Doctores vniuersi. 17. omnium virtutes veterum est imitata. 309. affectibus tanquam pedibus mouebatur. 288. est similis littoribus gignentibus lanam

metalli speciem. 217
Mariani præsidii exempla. 453
Matris honoratio. 414
Martyrium innocentum. 73
Medici dii habiti sunt. 3. 4. 5
Medicina B. V. efficacissima. 48
Messis spiritualis rorem postulat. 188
Menecrates ob sacrum morbum curatum Iuppiter appellari voluit. 30
Milites rorarii. 179. vestiti coccineis. 265. causa. 267
Miraculum duplex in vellere. 145
Misericordiæ & caritatis erga ægrotos exempla. 283
Morti B. V. adfuerunt Apostoli. 326. Amici. 327
Moribundæ B. Virginis aspirationes. 331

Digitized by Google

N.

NArdus est symbolum humilitatis. 284
Nestoriani. 438
Non cuilibet data omnia. 61
Nugis Poetarum sacra non sunt dedecoranda. 155
Numa Pompilius religionem induxit. 63

O.

OFficia Angelorum, elementorum, stirpium erga B.V. in itinere quiescentem. 238
Officia religionis B. V. in itinere. 287
Oues abydenæ omnes sunt velleris nigri.

P.

PAtronorum benefacientium cultus. 487
Paupertatis effectus 303
Podalirius medicus peritissimus. 23
Pœon Deorum Medicus. 23
Præliantur in puniceis. 264
Propitiatorium arca. 494
Puritas Mariæ. 82. 94. 95
Puritas Cæciliæ. 77
Puritatis multa exempla. 78
Purpurea tunica Sodalibus adsumẽda. 268

R.

REligio qualis sit virtus. 286
Romanorum Dii ridiculi. 489
Rorarii milites. 179
Rorariæ folia semper humida. 181
Ros tempore tranquillo & sereno prouenit. 184
Ros noctu prouenit. 135

Digitized by Google

Ros humilibus nascitur locis. 182
Ros optatur à messoribus. 186
Ros plantas recreat. 190
Ros humefacit terram. 191
Ros pro aqua vsurpatur. 211
Ros dicitur de re iucunda & salutari. 214
Ros verbum Dei. 172
Ros pascit cicadam. 179
Ros quomodo & vnde nascatur. 175
Roris vtilitas. 185
Rorem messis spiritualis postulat. 188

S.

SAnctitatis titulus Mariæ proprius. 418
Sermo Angelicus. 171
Sodales sunt velleris aurei equites. 196
Solis in sublunaria influxus. 122. beneficia. 451
Sortiarii imbrem deuorant. 159

T.

TItuli B.V. 376
Testamenti B. V. inscriptio. 332
Thecuitis. 452

V.

VAnitas in crinibus. 248. in collaribus, pileis, thoracibus. 249. in caligis, fasciis cruralibus, baltheis, cingulis. 250. in calceis. 251
Vectigal crepidarum nomine. 232
Velleris aurei ordo quomodo initium sumpserit. 207
Velleris ethymon. 146
Vellus est mansuetudinis symbolum. 148
Vellus vt spongia aquam immittit. 14
Vellus Marianum vinit. 150

Vellus

Digitized by Google

RERVM, AC VERBOR.


Vellus aureum est Maria. 151
Vellus Marianum rem aduocat. 160
Vellus album puritatis est symbolum, nigrum impuritatis. 162
Velleris in multis nulla species. 160
Veris descriptio. 129
Virginitatis exempla. 79
Vires deficiunt Mariæ amoris vehementia. 241
Voluptuarii descriptio. 164
Vterus B. V. est vellus. 142

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google